תֵּעַקֵּר Suffragines succides, Jos. 11, 6. Chald. Præter.

אֵיתֵעַקְרוּ Eradicata fuerunt, Dan. 7, v. 8.

*Scribitur cum ן ex forma pluralis masculini, sed
legendum juxta Masorethas, אֵתֵעַקְרָה ex forma
fœmin.*

*עִקְרָה m. & fœm. עִקְרָה Sterilis, Deuter. 7, 14.
Psal. 113, 9. ex quibus virtus pariendo Eradicata.*

*עִקְרָה m. Stirps, Indigena, qui è familia peregrina ortus,
alibi radices egit, & stirpem fecit, Levit. 25, 47.*

*עִקְרָה m. Chald. Stirps, Radix, Fundamentum: עִקְרָה
Stirpem radicem ejus, Dan. 4, 12,*

עקרב masc. Scorpio, Deut. 8, 15. Plural. **עַקְרָבִים** - *Scorpiones, Num. 34, 4. ubi multis proprium nomen loci est: וְאֵל-עַקְרָבִים Et apud scorpiones, *Ezech. 2, 6. בְּעַקְרָבִים* Scorpionibus, id est, *Flagellis aculeatis, 1. Reg. 12, 11. Baculi pleni spinis, qui pungebant & dolorem afferebant gravissimum, scribit R. Levi.**

עקש Pervertit: Futurum, **וַיַּעֲקֹשׂנִי** *Perverteret me, Job. 9, 20. Pih. Præterit. עֲקָשׁוּ* *Pervertunt, depravant, Jesa. 59, 8. Particip. וּמַעֲקֵשׁ* *Et pervertens vias suas, Prov. 10, 9. Futur. וַיַּעֲקֹשׁוּ* *Pervertunt, Mich. 3, 9. Niph. Partic. Constr. וַיַּעֲקֹשׂ וְרַבִּים* *Et perversus ambabus viis, Prov. 28, 18. id est, in utramque partem, vel huc illuc se flectens, & opponitur integrè & rectâ viâ ambulanti.*

עקש m. Perversus, *Psal. 18, 27. Plural. עַקְשִׁים* *Perversi, Proverb. 2, 15. Construct. עַקְשֵׁי לֵב* *Perversi animo, Prov. 11, 20.*

עקשוה f. Perversitas, *Prov. 4, 24.*

מעקשים m. p. Perversitates, *Jesa. 42, 16.*

ערב Miscuit, Commiscuit, unde ad varia transfertur: *Negotiari: Spondere, Fidejubere, & sic construitur cum Accusativo & Prepositionibus עִם-עַר* & *ל*: *Oppignerare, Amœnum, Suave, Gratum, Jucundum, Dulce esse, & ita Dativo jungitur: Per-
texere: Advesperascere, Obtenebrari, Obscurari, in quibus omnibus quaedam est Commixtio. Sumtæ verò sunt quaedam significaciones ex Nominibus derivatis. Præterit. עָרַב אֶת-הַנֶּעַר* *Spondit pro hoc pue-
ro, Genes. 44, 32. עָרַב אֶת-לִבּוֹ* *Qui spondeat cum animo suo, Jerem. 30, 21. אִם-עָרַבְתָּ לְרַעֲךָ* *Si spon-
pondisti amico tuo, Proverb. 6, 1. לֹא עָרַבּוּ לִי* *Non sunt suavia mihi, Jer. 6, 20. עָרַבָה כָּל-שִׂמְחָה* *Obscu-
rabitur omnis lætitia, Jesa. 24, 11. i. e. occidet, abibit*

in tenebras, id est, luctum. Partic. עֲרֵבָה עֹרֵב Spondens
 sponsonem, Prov. 17, 18. Plur. אֲנַחְנוּ עֹרְבִים Nos op-
 pigneramus, Neb. 5, 3. בְּעֹרְבִים מִשְׁאוֹת Inter sponden-
 tes pro debitis, Prov. 22, 26. Constr. מִטְרַבְךָ
 Miscentes commercia tecum, Prov. 27, 27. & sic vers. 9.
 Infin. רָפָה הַיּוֹם לַעֲרֵב Remittit ad vesperascendum,
 Jud. 19, 9. Imper. עֲרֵב עֲבִדְךָ לְטוֹב Sponde pro servo
 tuo in bonum, Psal. 119, 122. R. Salom. Esto fidejussor
 vel pignus pro me contra malum, q. d. Defende & libera
 me, ne mali me opprimant. Chald. Part. ex Pyh. מְעַרֵב
 Mixtum, Dan. 2, 43. Hiph. Infin. הִעֲרֵב Vesperascen-
 do, 1. Sam. 17, 16. id est, Vesperè, Infinitivus loco Adver-
 bii, ut Kimchi in Comment. notat. Hithp. Imp. הִתְעַרֵב
 נָא Sponde nunc, Sponsonem fac, juxta Hebræos comu-
 muniter, 2. Reg. 18, 23. Quidam, Misce te bello cum & c.
 Futur. לֹא יִתְעַרֵב Non miscebitur, Immiscebit se, Prov.
 14, 10. Chald. Part. מִתְעַרֵב Commixtum: & Plur.
 מִתְעַרְבִין Commixta, Dan. 2, 43.

עֲרֵב Suavis, Dulcis, Cantic. 2, 14. Prov. 20, 17.

עֲרֵב m. Miscellanea turba, Exod. 12, 38. Nehem. 13, 3.
 Item, Trama, Subregmen, Levit. 13, vers. 52. q. Mix-
 turam dicas, quòd Stamini ex transverso intexitur &
 immiscetur.

עֲרֵב m. Vesper, Vespera, Gen. 1, 5. sic dicta, quòd tunc
 lux tenebris Commisceri incipiat. Semel fœmininum,
 עַרְהָעֲרֵב הַשְּׁלִישִׁית Usque ad vesperam tertiam,
 1. Sam. 20, 5. id est, Usque ad tempus vespertinum diei
 tertii, ut Chaldæus explicat: Et Kimchi illic dicit Ad-
 jectivum fœmininum שְׁלִישִׁית respectum habere ad
 Nomen subauditum עַת. Item Miscellanea turba,
 Mixtura variorum populorum, Jerem. 25, 20. 24.
 ubi Kimchi scribit, Arabes vagos & mistos, יוֹשְׁבֵי
 אֶתְלֵימָהּ inhabitantes tabernacula intelligi, qui ab
 id

id Plinio dicuntur Scenitæ: Item Jer. 50, 37. Plur. Fœm. ערבות Vesperæ, Jer. 5, 6. Dual. בין הערבים Inter duas vespervas, Exod. 12, 6. i. e. ut Kimchi in libro Radic. scribit, A tempore inclinationis solis ad occidentem, quod est à sexta hora & ulterius usque ad noctem. Dicit autem ערבים, quod notat duas vespervas. Nam à tempore, quando sol incipit declinare, ea est vespera una: post occasum solis, est vespera altera. Inter hoc tempus est illud, de quo dicitur בין הערבים Per Sextam hic non intelligitur nostra sexta vespertina, sed sexta diei Judaici, id est, ipsa meridies. Dies enim in duodecim horas erat divisus, Job. 11, 9. Hæc latius explicanda. Jusserat Deus Agnum paschalem mactari inter duas vespervas, Exod. 12, vers. 6. Jusserat etiam agnos duos quotidie offerri in sacrificium jüge & quotidianum; Unum manè, Alterum vespere, seu inter duas vespervas, Numer. 28. Ergo vespere paschatis duo erant mactandi. Agnus paschalis illum sequebatur: nam ordinario non debebat accidentarium præferri. De agno paschatis Traditio priscorum legitur: Si juguletur Pæfach ante meridiem, prophanum & illegitimum est, propterea quòd dicitur: Et jugulabunt eum inter duas vespervas, Exod. 12, vers. 6. ante sacrificium jüge vespertinum, rectum est, maximè si quis misceat sanguinem agni (ne scil. condensetur) usquedum sparsus fuerit sanguis sacrificii jugis. & postea ipse quoque spargatur, tum rectum est: Tractatus Talmudico פסח De paschate capite 5. fol. 6. De agno sacrificii jugis sive quotidiani Traditio est in eodem capite, in initio, his verbis: Tamid sive jüge sacrificium agni jugulabatur horâ octavâ & dimidiâ (id est, inter secundam & tertiam) & offerebatur horâ nonâ & dimidiâ (inter tertiam & quartam.) Vespera

paschatis, maſtabatur ſeptimâ & dimidiâ (*inter primam & ſecundam*) & offerebatur octavâ & dimidiâ, (*media ad tertiam.*) Quòd ſi veſpera paſchatis incideret in veſperam Sabbathi, maſtabatur ſextâ & dimidiâ, (*inter duodecimam & primam*) & offerebatur ſeptimâ & dimidiâ, (*mediâ ad ſecundam*) & poſtea Pæſach. Hæc Tradiſio : *Explicant & complent eam Doctores in Gemara hoc modo* : Unde hæc probantur ? ex eo quod dicit Scriptura, *Agnum unum parabis manè, & agnum alterum parabis inter duas veſperas, Num. 28, verſ. 4.* Dividit illud tempus in duas veſperas, ut duæ horæ cum dimidia ſint hinc, & totidem illinc, & hora una ad parandum eam. Quæſivit quidam, *Quare veſperâ Paſchatis anticipamus horâ unâ ?* reſpondit Rabba ; *Lex ſacrificii jugis propriè eſt, à quo ſe inclinare incipiunt umbræ veſperæ. Quare id ?* ex eo quod dicit Scriptura, *Inter duas veſperas, id eſt, מערנא דמתחיל שמשא למערב* A tempore quo incipit ſol occumbere. At veſperâ paſchatis, quando agnus paſchatis poſt Tamid ſeu agnum quotidianum maſtandus eſt, anticipamus horâ unâ. Quòd ſi veſpera paſchatis incidat in veſperam ſabbathi, ne aſſatura agni paſchalis attingat ſabbathum, ulterius horâ unâ anticipamus, maſtando eum ſextâ & dimidiâ. *Hactenus Gemara, unde ſatis liquet, quæ priſcorum de hoc veſpertino tempore ſententiâ fuerit. Gloſſa R. Salom. in hunc textum illuſtris eſt* : Omnes ſex horæ pomeridianæ rectæ ſunt, ex quo ſcilicet incipiunt inclinare umbræ veſpertinæ, quod fit à media ſeptima & ulterius, quo ſol vergit ad occidentem & umbra ad orientem, ut cùm homo ſtat ex oppoſito ſolis, umbra ejus ſpargitur verſus orientem, ſed à dimidia

media sexta ad dimidiam septimam, sol consistit in medio firmamenti, & umbra in nullam partem declinat, sed rectà deorsum sub hominem. *Hæc ibi. Omnino ergò per sextam, tam in Kimchio, quàm aliis, intelligenda ipsa meridies, & sic reliquæ horæ, calculo diei Judaici, in duodecim horas olim divisi; Majemon Tractatu תמיר de Sacrificio jugi, cap. 1, in eandem sententiam scribit: Sacrificium jube duarum vesperarum jugulant, ex quo prolongari incipit umbra, & quum omnibus apparet, umbram prolongari, nempe à sexta hora & dimidia, & inde usque ad finem diei. Vide eundem ibidem latius, & de Sacrificio Pesach cap. 1. & in Tractat. תפלה de Precibus cap. 3. Aruch in פלג: Gen. 49, vers. 27. in Targ. Hierosol. & Jonat. Joseph. Scalig. De Emendat. Temporum, fol. 532.*

ערב masc. Colluvies, Mixtura insectorum vel variorum animalium, *Exod. 8, 24.*

עורב m. Corvus, *Gen. 8, 7. Plural. וְאֵת-הָעוֹרָבִים Et corvis præcepi, 1. Reg. 17, 4. Conlir. עוֹרְבֵי נַחַל Corvi torrentis, Prov. 30, 17.*

ערב m. Arabia: 2. *Par. 9, 14. sic dicta à Mixtis populis, vel quòd quasi solitudo & deserta regio esset, ex significatione Nominis עֲרָבָה quod mox sequitur: Et in Pathach, עֲרָב Ezech. 27, 21. וְהָעֲרָבִי Arabs, Neh. 2, 19. Plural. וְהָעֲרָבִים Et Arabum. 2. Paralip. 21, 16. Et cum Epenthesi Aleph, וְהָעֲרָבִיאִים 2. Par. 17, 11. Ezech. 27, 21.*

עֲרָבָה f. Campestris locus, *Campestris, Job. 24, vers. 5. Item Solitudo Desertus locus, Jerem. 50, 12. בְּעֲרָבָה Sicut solitudo. Jës. 33, 9. Cum ה locali, הָעֲרָבָתָה Versus campestris, Jos. 18, 18. Quibusdam est proprium nomen loci: Plural. Cæli: לְרֵכֶב בְּעֲרָבוֹת Equitanti super cælos, Ps. 68, 5. juxta Aben Esram, & explicat per v. 34. ubi di-*

citur, לְרִכְבַּב בְּשָׁמַי שְׁמַי קָדָם *Qui insidet cælis cælorum antiquorum.* R. Mosche dixit, sic appellari Cælum, quod latum & extensum sit instar loci Campestris. Majemon in *More*, parte 1. cap. 70. & Kimchi in *Comment.* accipiunt de Cælo supremo, Dei sede, ubi amœnitas & suavitas perfectissima. R. Elieser in capitulis suis scribit: Septem firmamenta creavit Deus, ex quibus non elegit thronum gloriosum regale, nisi hoc quod dicitur עֲרֻבוֹת: Constr. עֲרֻבוֹת Campestris Jericho, *Jos.* 4, vers. 13. Et transpositis literis, בְּעֲרֻבוֹת הַמִּדְבָּר *In campestribus deserti*, 2. *Sam.* 15, 28. quod legendum juxta Masorethas בְּעֲרֻבוֹת.

עֲרָבָה f. Sponsio, *Prov.* 17, 18. Item, Arrha, Pignus: Aff. וְאֵת-טְרַבְתָּם *Et arrham eorum*, 1. *Sam.* 17, 18.

עֲבָרִים m. pl. Salices. *Psal.* 137, 2. ab Amœnitate, quod inter prima virescentia sunt, vel, quod Campestribus locis gaudent: Construct. וְעֲרֻבֵי-נָחַל *Et salices torrentis*, *Levit.* 23, 40.

עֲרָבוֹן m. Arrha, Pignus, Arrhabo, *Gen.* 38, 17.

מַעְרֵב m. Occidens, *Daniel.* 8, v. 5. dicta quasi *Vespertina*, quod sole illic occidente *Vespera* fiat: aut שְׁחֲצוֹרוֹת quod rerum forma eo tempore *Commiscentur*: Cum ה locali, מַעְרָבָה Occidentem versus, 1. *Par.* 26, 30. Et fœm. וּמַמְעָרְבָה *Et ab occidente*, *Jesa.* 45, v. 6. Item *Commercium*, *Negotiatio*: Aff. מַטְרַבְךָ *Negotiationem tuam*, *Ezech.* 27, 27. & vers. 19. Plural. וּמַעְרַבֶיךָ *Et commerciorum tuorum*, v. 33.

תַּעְרָבוֹת f. pl. Sponsiones: וְאֵת-בְּנֵי הַתַּעְרָבוֹת *Etiam filiis fidejussionum*, 2. *Reg.* 14, 14. id est, *obsidibus*.

עֲרַבָה Glocitavit, Vociferatus est, *Verbum cervorum* proprium: Futur. כְּאֵיל תַּעְרֵב *Sicut cervus glocitat*, *Psal.* 42, 2. *Inde & aliis animalibus tribuitur: Etiam bestia-*

bestiarum agri quelibet תַּעֲרַג אֵלַיִךְ Glocitabit ad te,
Joël. 1, 20. id est, Vociferabitur, mugiet.

עֲרֹוֹהַ f. Areola : Constr כְּעֲרֹוֹת חֲבִשָּׁם Ut areola aro-
matica, Cant. 5, 13. Plur עַל-עֲרֹוֹת צִמְחָהָ Cum areolis,
germinationis suæ siccabitur, Ezech. 17, 10.

עֲרֹוֹהַ m. Onager, Job. 39, 8. Plural. Chald.
וְעִם-עֲרֹוֹתַיִךְ Et cum onagris habitatio ejus,
Dan. 5, 21.

עֲרָה Nudari: Infin. irregularis, וְעֲרָה Et nudari,
פְּעֻלַת פִּיּוּטֵי Jesa. 32, 11. pro לְעֲרֹוֹת Nudandum est. Est
autem Infinitivus loco Imperativi, Nudamini, Nudate
vos, & formam habet à vicino Verbo עָוִיר: vel est per
transpositionem Vocalium pro עָוִיר: Vide simile in רָגַז.
Niph. נִעְרָה Nudari, Evacuari, Effundi: Effusione
enim vas quasi nudatur. Futur. עַד-יִעְרָה Donec effun-
datur, Jesa. 32, 15. Et anomalum, תִּעְרָה Nudabitur,
Habac. 3, 9. formâ ab עָוִיר mutuâtâ. Pih. עָרָה Nudavit,
Evacuavit, Deplevit, Effudit: Præter. עָרָה מִגִּן Nu-
dat clypeum, Jesa. 22, 6. Infin. עֲרֹוֹת Nudando, Hab. 3.
v. 13. Imperat. עָרוּ Nudate, Psal. 137, 7. Fut. יִעְרָה
Nudabit, Jesa. 3, 17. Per Apocopam, אֵל-תִּעְרָה Ne
nudes, Psal. 141, 8. pro תִּעְרָה: Sic יִתְעַר Et deplevit,
Gen. 24, 20. וַיִּעְרוּ Et evacuarunt, 2. Par. 24, 11. Ge-
minatum Inf עֲרָעַר Nudando, Jer. 51, 58. Hiph. Præt,
הִעְרָה Effundit in mortem animam suam, Jesa. 53, 12.
Nudavit, Levit. 20, 18. Hithp. Particip. מִתְעַרָה Dif-
fundens, Explicans se, Virescens, Psal. 37, 35. Futur.
תִּתְעַרֵּי Nudabis te, Thren. 4, 21. Et geminatis duabus
litteris, תִּתְעַרְעַר Nudabitur, Jerem. 51, 58.

עֲרֹוֹהַ fæm. Nuditas, Nudatio: Verenda, Pudenda,
Turbitudo, Probrum: Nuditas corporis humani propa-
lâm turpis & pudenda censetur, maximè partium genita-
lium, quas natura tectas voluit: בְּשַׂר עֲרֹוֹהַ Carnem

nuditatis, Exod. 28, 42. i.e. pudenda: Constr. ערוֹת אָבִיו
Verenda patris sui, Gen. 9, 22. Aff. עָרוֹתָיו *Nudationem*
ejus, Lev. 20, 17. Chald. וְעָרוֹת מַלְכָּא *Et nudationem*
regis, Esræ 4, 14. ut tributo suo nudetur & spoliatur:
Vel, Probrum regis, quod accidet, si subditi tributum
denegent.

עָרוֹתָא *fem. Retectio: vel adjectivè, Retecta, Nudata,*
Ezech. 16, 7. Mich. 1, 11. vel accipiendum pro בְּעָרוֹתָיהָ.

עוֹר *m. Cutis, Pellis, à Nuditate sic dicta, Genes. 3, 21.*
Aff. וְאֶת-עוֹרוֹ *Et pellē ejus, Lev. 8, 17. עוֹרִי* *Pellem meam,*
Job. 19, 26. juxta Hebræos: Plur. עוֹרֵנוּ *Pelles nostra,*
Thren. 5, 10. cum defectu וי in medio. Et fœmin. עוֹרָה
Exod. 26, 14. Aff. עוֹרֹתָם *Pelles eorum, Levit. 16, 27.*

עָרוֹת *f.p. Papyri juxta quosdam, Jesa. 19, 7. quasi Pelli-*
culæ dictæ: nam in prætenues & multiples membranu-
las acu dividebantur, ut docet Plin. lib. 13. cap. 11. He-
bræi Virentia, Gramineta, explicant.

עָרֵר *m. Nudatissimus, juxta quosdam: Aliis Myrica,*
virgultum tenue, humile fragile, פָּנָה אֶל-תַּפְּסֵית הָעָרֵר:
Respexit ad orationem nudatissimi, Psalm. 102, 18. id est,
omni ope destituti, derelicti ab omnibus: R. Salomon,
Vociferantis, Clamantis, ex significatione יְעוֹעְרוּ *Voci-*
ferantur, Jesa. 15, v. 5. Aben Esra ad precatationem
populi, qui est veluti Myrica solitudinis. Constr. כְּעָרֵר
בְּעָרְבָה *Ut myrica in solitudine, Jerem. 17, v. 6. vel,*
Ut locus nudatus deserti: in quo scil. nihil crescit: R.
Salomon, Ut arbor solitaria, quasi ab עָרִירִי: vel, Ut lo-
cus vastus. Sic juxta quosdam, כְּעָרוֹרַע בְּמִדְבָּר *Sicut*
arbor nuda in deserto, Jer. 48, 6. Aliàs, Aroer, est Pro-
prium nomen loci.

מַעַר *m. Nuditas: כְּמַעַר אִישׁ* *Secundùm nuditatem cujus-*
que id est, spaciū nudum & vacuum, 1. Reg. 7, 36. Kim-
chi, Secundùm adhæsiōnem cujusque, prout unum al-
ter i

teri adhærebat & conjunctum erat, & sic Verbum in Pi-
hel pro Adhæerere quidam exponunt: Quidam Cælaturam
vertunt, quòd cælando & exsculpendo res antea te-
cta Denudetur & retegatur.

מַעְרָה masc. Nuditas, Denudatio: Construct. **מִמְעָרָה**
Post denudationem Gibhæ, id est, postquam urbs Gib-
hea præsidio denudata esset, Jud. 20, vers. 33. R. Levi,
Ex valle seu Spelunca, quasi idem sit cum sequenti No-
mine.

מַעְרָה f. Spelunca, Fossa, quasi locum Nudum & Eva-
cuatum dicas, 1. Sam. 24, 4. Constr. **הַמְעָרָת פְּרִיצִים**
An spelunca latronum, Jer. 7, 11. Plur. **מְעָרוֹת** Spelun-
cæ: Jes. 32, 14. cuius thema quidam faciunt inusitatum
מַעַר.

מְעוּרִים m. p. Nuditates: Aff. **מְעוּרֵיהֶם** Nuditates eo-
rum, Abac. 2, 15. quod formam ab **עוּר** habet.

עָרַךְ Ordinavit, Disposuit, Aptavit, Struxit, In-
struxit: Æstimavit, Taxavit, Comparavit,
Æquiparavit, Par æstimatus fuit: Præter. **עָרַךְ יְאִרִי**
Disposuit mihi, Job. 32, 14. **וְעָרַכְתָּ אֶת-עָרְכוֹ** Et ordinabis
ordinationem ejus, Exod. 40, v. 4. & c. Hiph. Præter.
הָעָרִיךְ אֶת הָאָרֶץ Taxabat terram, 2. Reg. 23, v. 35.
וְהָעָרִיךְ אֹתוֹ Et æstimet eum, Levit. 27, 8. Futurum,
יַעְרִיךְ אֹתוֹ Æstimabit eam, Levit. 27, 14.

עָרַךְ m. Instructio, Dispositio, Æstimatio: Aff. **וְחֵן עָרְכוֹ**
Et gratiam dispositionis ejus, Job. 40, 4. **עָרַכְתָּ** Æstimatio
tua, Levit. 27, 16.

מַעְרָכָה f. Ordo, Aptatio, Acies, Strues: **נְרוֹת הַמְעָרָכָה**
Lucernas aptationis, Exod. 39, 37. **מִחַמְעָרָכָה** Ex ipsa
acie, 1. Sam. 4, 12. Plur. **מְעָרָכוֹת** Ordines, Lev. 24, 6.
Constr. **מְעָרָכוֹת** Acies Dei viventis, 1. Sam. 17, 26.

מַעְרָכָה f. Ordo, Dispositio, Lev. 24, 6. Plural. masc.
Constr. **מְעָרָכֵי-לֵב** Dispositiones cordis, Prov. 16, 1.

עָרַל Præputiatum, Obturatum habuit vel censuit, juxta Hebræos, qui per עָרַל exponunt: vel, Præputium abstulit, quasi Depræputiare dicas. Præter. **וְעָרַלְתֶּם עָרְלָתוֹ** Et obturabitis obturationem ejus, Lev. 19, 23. juxta R. Salomonem. id est, arborem impuram, & fructus ejus pellutos & abominabiles censebitis, sicut præputium seu cutis obturans membrum virile. Vel; Depræputiabitur, i.e. Auferetis præputium ejus, i.e. fructus ceu impuros decutietis, ut Chaldaicè, **תְּרַחֲקוּן רַחֲקָאֵי יַת אַבְיָרָא** Removendo removebitis fructus ejus, id est, abjicietis tanquam immundos, Niph. Imperat. **הָעָרַל** Præputium re-tege, Præputiatum te ostende, Pudendis nuda te, ut ebrui solent, Habac. 2, 16. juxta Aben Esram: R. Salomon reddit, Obturator stupore cordis.

עָרַל m. Præputiatus, Incircumcisis, Obturatus, cujus membrum genitale obducto præputio obturatum est, Exod. 12, v. 48. Constr. **עָרַל שִׁבְתָּיִם** Obturatus, Præputiatus labiis, Exod. 6, 12. Plur. **עָרְלִים** Præputiati, Lev. 19, 23. Constr. **עָרְלֵי לֵב** Præputiati corde, Jerem. 9, 26. Fœm. **עָרְלָה** Præputiata, Jer. 6, 10.

עָרַל m. Præputiatus: Ezech. 44, 9.

עָרְלָה fœm. Præputium, Gen. 34, 14. Constr. **עָרְלַת בְּנוֹ** Præputium filii ejus, Exod. 4, 25. Aff. **עָרְלָתָם** Præputii, sui, Gen. 17, 27. Plural. **וְעָרְלוֹת** 1. Sam. 18, 15. Aff. **עָרְלוֹתֵיהֶם** Præputia eorum, v. 27.

עָרַם Calliditate, Astu usus fuit: Infinit. **עָרוֹם** Astu utendo, 1. Sam. 23, 22. Miph. **נִפְטָרִים** Coacervari: Præter. **נִפְטָרוּ מֵיַם** Coacervatae sunt aquæ, Exod. 15, v. 8. Hiph. Futur. **יַעְרֵם** Astutè aget, Astutus fiet, Prov. 19, v. 25.

עָרוֹם m. Astutus, Gen. 3, 1. Plur. **עָרוֹמִים** Job. 5, 11.

עָרוֹם m. Nudus. Jesa. 58, 7. Plur. **עָרוֹמִים** Nudi, Gen. 2, 25. Fœm. **עָרְמוֹה** Nuda, Hof. 2, 3.

עִרוֹם *m.* Nudus, *Genes.* 3, 10. Nuditas, *Deut.* 28. 48.
Plural. **עִירָמִים** *Nudi*, *Gen.* 3, 7.

עִרְמָה *f.* Astutia, *Prov.* 1, v. 4. Aff. **בְּעִרְמָם** *In astutia ipsorum*, *Job.* 5, 13. contractè pro **בְּעִרְמָתָם**, cui simile vide in **סְחָרָה**.

עִרְמָה *f.* Acervus, *Ruth.* 3, 7. Constr. **עִרְמַת חֲטִיִּם** *Acervus triticorum*, *Cant.* 7, 2. Plur. **עִרְמוֹת** *Acervi*, 2. *Par.* 31, 6. Et masc. **עִרְמִים** *Acervi*, *Jer.* 50, 26.

מְעִרְמִים *m. plur.* Nudi: Aff. **מְעִרְמֵי הֵם** *Nudos eorum*, 2. *Par.* 28, 15.

* **עִרְמוֹן** *m.* Platanus arbor: *Hebrais*, Castanea arbor, *Gen.* 30, 37. Plur. **עִרְמוֹנִים** *Castanea*, *Ezech.* 21, 8.

עִרְסוֹת *f. pl.* Massæ, farinæ scil. aquâ conspersæ: Aff. **עִרְסוֹתֵיכֶם** *Massarum vestrarum*, *Num.* 15, vers. 20.

* **עִרְעָר** *Vide in עִרְעָר*.

עִרְוָה *m.* Cervix, *Exod.* 23, 27. Aff. **עִרְוֹ** *Cervicis ejus*, *Lev.* 5, 7. **וְעִרְוֹכֶם** *Et cervicem vestram*, *Deut.* 10, 16.

עִרְף *Decollavit, quasi Decervicare dicas: Item Stillavit, idem quod עִרְף*. Præter. **וְעִרְפֵתוּ** *Et decollabis ipsum*, *Ex.* 13, 13. **וְעִרְפוּ** *Decollabunt*, *Deut.* 21, 4. Part. **עִרְפָה** *Decollat*, *Jes.* 66, 3. Part. Præter. Fœm. **חֲטִרוּפָה** *Decollata*, *Deut.* 21, 6. Fut. **יִעְרַף** *Decollabit, id est, Decutiet, Diruet*, *Hos.* 10, 2. Et secundum alteram significationem, **יִעְרַף** *Stillet*, *Deut.* 32, 2. **יִעְרְפוּ** *Stillabunt*, *Deut.* 33, 28.

עִרְפִּים *m. p.* Ruinæ, ex significatione verbi, *Hos.* 10, 2. jux. *Aben Esram*. Aff. **בְּעִרְפֵיהָ** *In ruinis ejus, nempe Terra, quò Affixum fœmininum referendum est*, *Jesa.* 5, 30. *Quidam*, In caligine ejus; *Alii*, In stillationibus ejus, scil. lucis; & tunc discrepantia generis est in *Affixo*.

עִרְפָל *m.* Caligo, *Job.* 22, 13. **לְשֹׁנֵי בְּעִרְפָל** *Habitare in caligine*, 1. *Reg.* 8, 12.

עריץ Violentiâ usus fuit, Violenter exagitavit, con-
-fregit vel contrivit, Fortem aut Violentum se
exhibuit: Expavit, Consternatus fuit: Terruit.
Infin. **לְעָרִץ** Ad violenter exagitandum, Psal. 10, 18.
Fut. **אֶעְרֹץ** Violentiâ usus sim, Job. 21, 34. **תִּעְרֹצוּ** Ex-
pavescite, Deut. 20, 3. **תִּעְרֹצִי** Fortem præbueris te, Jes.
47, 12. Hiph. Part. **נִעְרַץ** Formidabilis, Psalm. 89, 8.
Hiph. Fut. **יִעְרִיצוּ** Formidabunt, Jesa. 29, 23. **תִּעְרִיצוּ**
Formidētis, Jesa. 8, 12.

לְעָרִיץ masc. Violentus, Tyrannus, Formidabilis: **לְעָרִיץ**
Violento, Job. 15, 20. Plur. **עָרִיצִים** Violenti, Prævalidi,
Job. 6, 23. Constr. **עָרִיצֵי גוֹיִם** Violentissimi gentium,
Ezech. 28, 7.

עָרוּץ Ruptura, Concavitas, Job. 30, 6.

מִעָרִיץ m. Pavor, Terror; Aff. **מִעָרִיצְכֶם** Pavor vester,
Jesa. 8, 13.

מִעָרִיצָה f. Violentia, Jesa. 10, 33.

עָרַק Fugit. Propriè Chaldaicum est: Part. **הָעוֹרָקִים**
Qui fugiunt, Job. 30, 3.

עוֹרָקִים m.p. Arteriæ, Nervi: Aff. **יְעוֹרָקִי** Et arteriæ meæ,
Job. 30, 17.

עָרַח **עָרִיחִי** masc. Solitarius, ἄτεχνος, Sine libris,
Gen. 15, 2. Plur. **עָרִיחִים** Lev. 20, 20.

* **עָרַח** Vide supra in **עָרַח**.

עָרַשׁ f. Sponda, Lectus, Psal. 41, 4. Aff. **עָרְשֵׁי** Spon-
dam meam, Psal. 6, 7. Plural. **עַל עָרְשׁוֹתָם** In
spondis suis, Amos 6, 4.

עֵשֶׂב m. Herba, sativa propriè ἔ cultura vel ex semi-
ne suo rursus proveniens, Gen. 1, 11. Aff. **עֵשְׂבִים**
Herbam eorum, Jes. 42, 15. Plur. **עֵשְׂבוֹת** Herbae, Prov.
27, 25. Chald. **בְּעֵשֶׂב אֶרְעָא** In herba terræ, Dan. 4, 12.
יְעֵשְׂבָא Et herbam, vers. 22.

עָשָׂה Fecit, Effecit: Paravit, Apparavit; Comparavit, Acquisivit; Magnificit, Magnificavit: Curavit, Aptavit: *Item*, Confecit, Subegit, Comprefsit, Consumpsit: *quomodo cum* עָסַם *convenit, ut notat R. Salomon, Malach. 4, 3. Præter. עָשָׂה Fecerat, Gen. 1. v. 31. עָשָׂךְ Magnificit te, Deut. 32, 6. Partic. עוֹשֶׂה Conficiens, Consumens. Soph. 3, v. 19. Infinit. בַּעֲשׂוֹת In conficiendo, id est, Subigendo, Ezech. 23, 21. &c. Semel etiam ex Futuro scriptum, וַיַּעַשׂ & legendum, וַיַּעַשׂ vide עָשָׂה Niph. נַעַשְׂה Fieri: Præt. נַעַשְׂה Factum est, Eccles. 9, v. 3. Partic. וְנַעֲשִׂים Et facti, Esth. 9, v. 28. &c. Pih. Præter. עָשׂוּ Confecerunt, Subegerunt, Ezech. 23, 3. Pyh. Præt. עָשִׂיתִי Factus sum, Psal. 139, v. 15.*

מַעֲשֵׂה masc. Factum, Opus, Opificium: Construct. וּמַעֲשֵׂה Et opus, 1. Reg. 7, 33. Aff. מַעֲשֵׂהוּ Operi ejus. 2. Regum 16. 10. Plur. מַעֲשִׂים Num. 16, 28 Constr. מַעֲשֵׂיהָ Opera Dei, Ps. 118, 17. Aff. מִמַּעֲשָׂיו Ab operibus suis, Exod. 5, 4.

עָשָׂן Fumavit: Præt. עָשַׁנְתָּ Fumaturus es, Psal. 80, 5. **עָשָׂן** metaphoricè, pro, Iratus eris. Et sic Futurum. יַעֲשָׂן Fumabit, Psal. 74, 1. וַיַּעֲשָׂנוּ Et fumabunt, Psal. 104, v. 32.

עָשָׂן m. Fumus, Gen. 15, 17. Constr. עָשָׂן. Jos. 8, 20. Aff. עָשָׁנָה Fumus ejus, Jesa. 34, 10.

עָשָׂן m. Fumans, Fumigans, Exod. 20, vers. 18. Plural. הַעֲשָׂנִים Fumigantium, Jesa. 7, 4.

עָשָׂן m. Fumus, Exod. 19, 18.

עָשָׂק Oppressit, *vi scilicet vel fraude, aut injuriâ*, Fraudavit, Fraudem fecit, Fraude vel Oppressione derinuit: Præt. עָשָׂק Oppressit, Ezech. 18, 18. Et passivè. וַיַּעֲשָׂקֵךְ Vis vel Oppressio fit mihi, Jesa. 38, 14. *quod juxta R. Salomonem est Imperativus, Oppressio-*

nem

nem fac vel Opprime me: *Quibusdam est nomen subst. cum Kametz chatuph ab initio, Oppressio, &c. Pyh. Part. חַמַּעַשְׁקָה O oppressa, Jesa. 23, 12.*

עֹשֶׂק *m. Oppressor, Jer. 22, 3. Formæ יְרוּחַק יְרוּל.*

עֹשֶׂק *m. Oppressio, Fraus. Psal. 73, 8.*

מַעֲשָׂוֹת *m. Oppressiones, Jesa. 33, 15.*

עִשָּׂק Hithp. הִתְעַשֵּׂק Litem habere vel movere, Litigare. Præterit. הִתְעַשְׂקוּ Litem moverunt, *Genes. 26, 20.*

עֹשֶׂק *mascul. Lis; Est autem Nomen proprium fontis propter quem litigarunt, Ibid.*

עִשָּׂר Ditescere, Ditari. Præterit. עִשְׂרָתִי Ditatus sum, *Hof. 12, 4. Fut. יַעֲשֶׂר Ditescet, Job. 15, 29.*

Hiph. הִעֲשִׂיר Ditavit. Præteritum, הִעֲשִׂרְתִּי Ditavi Abrahamum, *Genes. 14, 23. Absolutè positum, est, Ditescere; Infinitiv. לְהִעֲשִׂיר Ut ditescas, Prov. 23, v. 4.*

&c. Hithp. Particip. מִתְעַשֵּׂר Divitem se jactans vel fingens, *Prov. 13, 7.*

עֲשִׂיר *m. Dives, 2. Sam. 12, 1. Plural וְעֲשִׂירִים Et divites, Eccles. 10, 6. Construct. עֲשִׂירֵי עַם Divites populi, Psal. 45, 13.*

עֲשִׂר *m. Divitiæ, 1. Sam. 17, 25. Aff. עֲשִׂרוּ Divitiarum suarum, Psal. 52, 9.*

עֲשָׂר Decimavit, Decimas accepit: Futur. יַעֲשֶׂר Decimabit, *1. Sam. 8, 15. Pih. Participium,*

הִמְעַשְׂרִים Decimaturi sunt, *Nehem. 10, 37. Infin. & Futur. עֲשֶׂר אֶעֱשֶׂרֵנוּ Decimando decimaturus sum, id est, decimas daturus, Gen. 28, 22. Sic, עֲשֶׂר תַעֲשֶׂר Decimando decimabis, Deuter. 14, 22. Hiph. Infin.*

בְּעֲשֶׂר In decimando, quando dabunt decimas, *Nehem. 10, vers. 38. לְעֲשֶׂר Decimare, decimas dare, Deut. 26, 12.*

עֲשֶׂר *mascul. Decem, Decimus, jungiturq, semper nomini nume-*

numerali Articulum, ut vocant Arithmetici, denotanti :
 וְאַחַר עֶשֶׂר Undecimo die, Deut. 1, 2. Et
 undecim, Gen. 37, 9. Chald. עֶשֶׂר Decem, Dan. 7, 7.
 תְּרֵי עֶשֶׂר Duodecim, Dan. 4, 26.

עֶשֶׂר f. Decem, Exod. 36, 21.

עֶשׂוֹר m. Decem, Decimus, Gen. 24, 55. בְּעֶשׂוֹר In ipso
 decimo, scilicet die, Exod. 12, 3. Item Decachordum,
 Psal. 33, 2.

עֶשְׂרָה m. Decem, Gen. 18, 32. Chald. עֶשְׂרָה Decem,
 Dan. 7, 24. Constr. עֶשְׂרָת quod instar substantivi est,
 quasi Decadem Dicas: עֶשְׂרָת הַדְּבָרִים Decas verborum,
 Decem verba, Exod. 34, 28. Plur. עֶשְׂרוֹת Decuriæ, &
 Præfecti decuriarum, id est, Decuriones, Exod. 18, 21.

עֶשְׂרָה f. Decem : Semper alii nomini numerali postpo-
 nitur : ut, אַחַת עֶשְׂרָה Undecimo, 2. Reg. 9, 29. שְׁתַּיִם
 עֶשְׂרָה Duodecim, Genes. 5, 8.

עֶשְׂרִי m. Decimus, Genes. 8, 5.

עֶשְׂרִיָּה f. Decimatio, Decimæ, Jesa. 6, 13.

עֶשְׂרִיָּה f. Decima, pars decima, Exod. 16, 36. בְּשָׁנָה
 הָעֶשְׂרִיָּה In anno decimo, Jer. 32, 1.

עֶשְׂרִים c. p. Viginti, Gen. 18, 31. pro עֶשְׂרִים Bis dena,
 Item Vigessimus, וּגְבוּיֹם עֶשְׂרִים Et die vicesimo, 2. Pa-
 ral. 7, 10. Chald. עֶשְׂרִין Viginti, Dan. 6, 2.

עֶשְׂרֹן m. Decima pars, Num. 15, 4.

עֶשְׂרֹנִים m. p. Decimæ partes, Lev. 14, 10.

מַעֲשֵׂר m. Decima. Hæc erat duplex : Primam dabat co-
 lonus Levitis, de qua ipsi rursus dabant decimam Sa-
 cerdotibus, Numer. 18, v. 26. 28. reliquum Levita-
 rum fuit proprium, & liberum, v. 31. Deinde colo-
 nus rursus Levitis dabat decimam secundam, qua sa-
 cra erat, & à Levitis in atrio templi consumebatur,
 Deuter. 14, 23. וַיִּתֵּן לוֹ מַעֲשֵׂר Et dedit ei decimam
 de omnibus, Genes. 14, 20. Constr. מַעֲשֵׂר Decimam
 terræ,

terra, Deut. 14, 25. מִמַּעֲשָׂרוֹ De decima sua, Lev. 27, v. 31. Plurale foemininum cum Aff. מַעֲשָׂרֵיכֶם Decimis vestris, Numer. 18, 28.

עֲשָׂשׁ Depasci, Contabescere: Præter. Et ossa mea, עֲשָׂשׁוּ Contabescunt, Psal. 31, 11. עֲשָׂשָׁה Contabuit, Depastus est, Psal. 6, 8. Quidam, Caligavit. עֲשָׂ m. Tinea, à Depascendo dicta, Job. 13, 28. Aliam significationem vide in עוֹשׂ.

עֲשָׂה Nitidum esse: עֲשָׂתוּ Nitidi sunt, Jer. 5, 28. Hithp. הִתְעַשָּׂה Cogitavit, ex Chaldaico usu, ut sequitur: Futur. יִתְעַשֶּׂה Cogitabit, Cogitationem suscipiet: vel secundum quosdam, Nitidum, id est, Amicum exhibebit se, Jon. 1, 6.

עֲשִׂה Chald. Cogitavit: Præter. וּמֶלֶכָא עֲשִׂית Et rex cogitabat, Dan. 6, 3.

עֲשִׂה m. Nitidum, Tersum, Ezech. 27, 19.

עֲשִׂה m. Nitor, Cant. 5, 14.

עֲשִׂתִּי Unum, Unus, sed semper additur nomini numerali בְּעֲשִׂתִּי עֲשִׂרַה pro Undecim, Undecimus: עֲשִׂרַה vel עֲשָׂרָה In undecimo, Deut. 1, 3. לְעֲשִׂתִּי עֲשָׂרָה Undecim, Exod. 26, 8. Vide Aben Esram, Num, 7, 72.

עֲשָׂתוֹ f. Cogitatio: לְעֲשָׂתוֹ Ad cogitationem, Job, 12, 5. Quidam libri לְעֲשָׂתוֹ.

עֲשָׂתָיו f. p. Cogitationes: Aff. עֲשָׂתָיו Cogitationes ejus, Psal. 146, 4.

עֲשָׂתָי f. fem. Grex: Plural. Construct. וְעֲשָׂתָי צֹאנֶךָ Et greges ovium tuarum, Deuter. 7, 13. & 28, 4. Apud Talmudicos legitur, sic dici שמעשרות את בעליון quod ditant dominos suos: Chol. fol. 84. 2. Chaldaeus עֲרִי Greges. Est & nomen imaginum, ovium formam habentium, ut Kimchi notat, quas pro deabus colebant Tzidonii & Philistæi, Judic. 2, 13. 1. Samuel. 31, 10. Est

Est & Nomen proprium urbis, *Deut.* 1, *vers.* 4. Inde, עֲשָׂתָרְתִּי *Haſterataeus*, 1. *Paral.* 11, 4.

עֵתָר Pih. Paravit. Imper. עֲתָרָה *Para illud*, *Prov.* 24, v. 27. Hithp. Præter, הִתְעַתְּרוּ *Parata fuerunt*, vel, *Parant se*, *Job.* 15, 28.

עֲתִיר m. Paratus, *Job.* 15, 24. Plural. עֲתִירִים *Parati*, *Esth.* 3, 14. Fœm. עֲתִירָתָם *Parata eis*, id est, quæ eventura sunt ipsis, *Deut.* 32, 35. Chald. עֲתִירִין *Parati estis*, *Dan.* 3, 15. Apud Rabbinos, Futurum, & sic Grammaticis עֲתִיר *Tempus futurum*.

עֲתִירִים m. p. Hirci, majores propriè, qui gregis duces sunt, *Num.* 7, 17. Metaphoricè Duces: Constr. עֲתִירֵי אֶרֶץ *Duces terræ*, *Jesa.* 14, 9.

עֲתִירִים m. p. Parata, id est, *Thesauri parati*, *Divitiæ comparatæ*, juxta *Kimchium*: Aff. וְעֲתִירֵיהֶם *Et paratos thesauros eorum*, *Jesa.* 10, 13. Scribitur in medio cum ו, sed legendum juxta *Masorethas* per ו cum Schurek.

עֲתָם Niph. נִעְתָם *Obscurari*: Præter. אֶרֶץ נִעְתָם *Obscurata est terra*, *Jesa.* 9, 19. *Aben Esra* scribit esse idem quod קָרַר, חֹשֶׁךְ. Sic Arabicè juxta *R. David*.

עֲתָק Consenescere, Veterascere: Transferri. Præterit. עֲתָקוּ *Veterascunt*, *Job.* 21, 7. עֲתָקָה *Consenuit*, *Psal.* 6, 8. Futurum, וְיִעְתָק *Transferetur*, *Refigetur*, *Job.* 18, 4. Hiph. הִעְתִּיק *Transcribere*, *Transferre*, *Refigere*. Præterit. הִעְתִּיקוּ *Transcripserunt*, *Ex multis libris in unum contulerunt*: *Proverb.* 25, 1. הִעְתִּיקוּ מֵהֶם מִלִּים *Transtulerunt*; impersonaliter, *pro*, *Translati sunt ab illis sermones*, *Job.* 32, 15. Particip. הִמְעִיק *Qui refigit*, *transfert*, *Job.* 9, 5. Futur. וְיִעְתָק *Et refigit*, *transtulit*, *Gen.* 12, 8.

עֲתָק m. Durum, Perversum, Detortum, 1. *Sam.* 2, 3. *Psal.* 75, 6.

עַתָּק *m.* Durans, Durabile, Stabile, *quasi Antiquum dicas*, Prov. 8, 18.

עַתִּיק *m.* Idem, Jesa. 23, 13.

עַתִּיק Chald. *Antiquus*, Dan 7, 13. **וְעַתִּיק יוֹמִין** Et antiquus dierum, v. 9. Plural. **עַתִּיקִים** Antiqua, Obsoleta, 1. Par. 4, 22. Constr. **עַתִּיקֵי בְּשָׂדִים** Translati, *Avulsi ab uberibus*, Jesa. 28, 9.

עֵתָר Deprecatus est, Supplex oravit: *Construitur cum Præpositione* לְ אֵלֹהִים: Fut. **וְעֵתָר אֶל-אֱלֹהִים**

Supplex oraverit ad Deum, Job. 33, 26. **וְעֵתָר וְצַהֲקָ**

Et supplex oravit Isaac ad Dominum, Gen. 25, 1.

Niph. **וְעֵתָר** Exoratus fuit, Jesa. 19, 29. Et in Cholem

וְעֵתָר *Et exoratus fuerat*, 1. Par. 5, 20. Simile vide in **הַפָּדָר**

Particip. **וְעֵתָרוֹת** Deprecanda, precibus avertenda, quia infida, Prov. 27, 6. Futur. **וְעֵתָר**

Et exoratus est, 2. Sam. 24, 25. Hiph. Præter. **וְהֵעֵתַרְתִּי**

Et supplex orabo, Exod. 8, 29. **וְהֵעֵתַרְתֶּם** *Et abundè profudistis*,

Ezech. 35, 13. Imperat. **הֵעֵתִירוּ** *Supplices orate*,

Exod. 8, 28. Futur. **אֵעֵתִיר** *Supplex orabo*,

Exod. 8, 9.

עֵתָר *m.* Abundantia: Constr. **וְעֵתָר עֵינַי** *Et abundantia nubis suffitus*, Ezech. 8, 11.

עֵתָרָת *f.* Idem: **עֵתָרָת שְׁלוֹם** *Abundantia pacis*, Jer. 33, 6.

עֵתָרִים *m. p.* Supplices: Aff. **עֵתָרַי** *Supplices mei*, Soph. 3, 10. *quod multis Proprium nomen populorum censetur*, Hataræi.

עֵתָת Tempestivè eloqui: Infin. **לְעוֹת** *Ad tempestivè loquendum*, Jes. 50, 4. *nempe*, **לְאֹמֹר דְּבַר בְּעוֹתוֹ**

Loqui rem in tempore suo, ut Kimchi exponit, וְ

Schurek est loco Cholem, cui simile vide in חֲלִירִי.

עֵת *c.* Tempus, Eccles. 3, 2. *Vide Aben Esram Eccl. 9, 11.*

Aff. **עֵתוֹ** *Tempus suum*, Eccl. 9, 12. Plur. **עֵתִים** *Tempora*,

Job. 24, 1. Cum Aff. **עֵתֵיךְ** *Temporum tuorum*, Jes.

33, 6. Fœm. לְעֵתוֹת Temporibus, Ps. 9, 10. Aff. עֵתוֹתֵי Tempora mea, Ps. 31, 16. וּבָעֵת Chald. vide in עֵנַת: Deducunt vulgò ab עָוַת Perdere, sed Dagesch illis obstat.

עֵתִי m. Tempestivus, Opportunus, Lev. 16, 21.

עֵתִי Nunc, Jam, Modò, quasi, Hoc tempore vel momento: מֵעַתָּה Ex nunc, Ab hoc te nunc: e, Hinc, Ps. 113, 2.

פ

פָּאָה fœm. Angulus, Latus, Plaga: קְצוֹצֵי פָּאָה Extremati angulo, Jer. 9, 26. id est, Arabes in extremis angulis deserti habitantes, ut Kimchi & R. Salomon exponunt: Constr. פָּאָת נֶגֶב Plaga australis, Num. 34, 3. Plural. חֲפָאוֹת Exod. 25, v. 26. Constructum terminatione masc. פָּאָתֵי Latera, Angulos Moab, vel juxta Chaldaum, Duces, Numer. 24, 17. Hinc Verbum in Hiphil, unde Futur. אֶפְאֶיהֶם Angulabo eos, Deut. 32, 26. id est, Angulatim profligabo eos, vel, In angulos & extremitates terræ relegabo eos: aut, Ex omnibus angulis ejiciam eos: Joth est loco tertiæ radicalis, quasi pro אֶפְאֶה אוֹתָם ut R. Salomon exponit.

* פָּאָ Vide infra in פָּה.

פָּאָר Pih. Ornavit, Decoravit, Glorificavit. Semel ex significatione Nominis derivati est, Ramos scrutari, ramos sigillatim recognoscere, & fructus decutere: Præter. פָּאָרְךָ Decoravit te, Jesa. 55, 5. Futur. אֶפְאָר Ornabo, Jes. 60, 7. לֹא תִפְאָר אַחֲרַיִךְ Non scrutaberis ramos post te, postquam scil. olivas tuas decusseris, Deut. 24, 20. & notatur in medio cum Pathach, discernendæ significationis causâ, scribit Kimchi. Hithp. Infîn. אֶתְפָּאָר לְהִתְפָּאָר Ad gloriandum, Jes. 60, 21. Imp. אֶתְפָּאָר עלי Gloriare, Gloriam assume supra me, Exod. 8, 9.

פֶּאֶר *m.* Ornatus, Ornamentum, Decus, Tiara, capitis ornamentum : **פֶּאֶר תַּחַת אֲפֶר** *Ornatum loco cineris, Jefa. 61, 3.* Aff. **פֶּאֶרְךָ** *Tiaram tuam, Ezech. 24, 17.* Plural. **הַפְּאֵרִים** *Tiarae, Jefa. 3, 20.* Constr. **פְּאֵרֵי שְׂשִׁתַּיִם** *Tiara lineae, Ezech. 44, 18.* Aff. **וּפְאֵרְכֶם** *Et tiara vestra, Ezech. 24, 23.* cum defectu ו in medio, pro **פְּאֵרֵיכֶם** ut *Kimchi* notat.

פְּאֵרָה *f.* Ramus, quia Ornamentum arboris, *Jefa. 10, 33.* Plural. **פְּאֵרוֹת** *Rami, Ezech. 17, 6.* **פְּאֵרְתָיו** *Ramos suos, Ezech. 31, 5.*

תְּפֹאֶרֶת תְּפֹאֶרֶת *fæm.* Ornatus, Ornamentum, Decor, Gloria : Aff. **תְּפֹאֶרְתּוֹ** *Decor ejus, Jefa. 28, 1.*

פְּאֵרוֹר *m.* Elegantia, Nitor, juxta quosdam, per geminationem tertiæ radicalis : Vide **פָּרַר**.

פְּגִיּוֹם *m. p.* Grossuli, *Ficus immaturæ* : Aff. **פְּגִיּוֹתָם** *Grossulos suos, Cant. 2, 13.*

פְּגוּל *mascul.* Abominatio, Res abominanda : Propriè dicitur de carne fœtoris & coloris tetri : **בְּשַׂר פְּגוּל** *Caro abominationis, id est, abominanda, Ezech. 4, 14.* Plural. **וּפְרֵק פְּגִלִים** *Et fragmen sive frustum carniûm abominandarum, Jefa. 65, 4.*

פָּגַע Occurrit, Incurrit, Irruit, Incidit, Offendit, Obviam venit, Obviam factus fuit, Intervenit, Intercessit. *Construitur cum Præpositione אֶל* : Præt. **וּפָגַע אֶל הַנַּחַל** *Et incurrit in Dabbeschet, Jof. 19, 11.* Item cum *Accusat.* **פָּגַעְתָּ אֶת-שֵׁשׁ** *Occurris gaudenti, Jefa. 64, 5.* Futur. **נִפְגַּע-בּוֹ** *Intercedemus apud eum, Job. 21, 15.* Hiph. **תִּפְגִּיעַ** *Incurrere fecit : intervenit : Intercessit : Præterit. תִּפְגִּיעַ-בּוֹ* *Incurrere fecit in eum, Jefa. 53, vers. 6.* **תִּפְגַּעְתִּי בְךָ** *Intercederem pro te, Jerem. 15, 11.*

פָּגַע *m.* Occursus, Casus, *1, Reg. 5, 4. Eccles. 9, 11.*

מִסְבֵּעַ *m. Scopus, Job. 7, 20.*

פִּיחַ Pih. **פִּיגֵר** Piger, Lassus, Defectus viribus fuit ;
Præterit. **אֲשֶׁר פִּיגְרוּ** *Qui defecti viribus erant,*
1. Samuel. 30, 10. 21. *Quidam Chirek loco Kibbutz esse*
volunt, quasi sit ex Pyhal.

פִּגְרָא *m. Cadaver, corpus viribus Defectum, 1. Samuel. 17,*
46. Plural. **פִּגְרִים** *Cadavera, 2. Reg. 19, 35. Constr.*
פִּגְרֵי הָאָדָם *Cadavera hominum, Jer. 33, 5. Aff. פִּגְרֵיכֶם*
Cadavera vestra, Num. 14, 29.

פָּנָה Occurrit : *Construitur cum Accus. & Præpos. ב.*
Præterit. **אֲשֶׁר פָּנִיתִי** *Cui occurri, Genes. 33, 8.*
Futur. **וְתִפְנֹת אֹתָם** *Occurrunt eis, 1. Sam. 25, 20. Niph.*
Præterit. **נִפְנְטוּ** *Occurrunt sibi, Psalm. 87, v. 11. Pih.*
Futur. **יִפְנֹשׁוּ** *Incurrent, Job 5, 14.*

פָּדָה Redemit : Præter. **פָּדָה אֶת־נַפְשִׁי** *Redemit*
animam meam, 2. Sam. 4, 9. Niph. Præterit.
וְהִפְדָּה לֹא נִפְדָּתָה *Redimendo non fuit redempta, Le-*
vit. 19, 20. Futur, לֹא יִפְדָּה *Non redimetur, Levit. 27,*
29. Hiph. Præter. **וְהִפְדָּה** *Et redimi curet eam, Exod.*
21, 8. Hoph. Infin. **וְהִפְדָּה** *ut paulò antè.*

פְּדוּיִם Redemptio, Num 3, 49.

פְּדוּיָא *m. Idem, Num. 3, v. 46. 51.*

פְּדוּיִן *masc. Idem : vel Redemptionis pretium, Exod.*
21, *vers. 30.*

פְּדוּתָא *f. Redemptio, Psalm. 111, 9.*

פַּדְדָן Paddan, Nomen proprium loci, Gen. 48, 7. **מִפַּדְדָן**
אֶרֶץ אַרָם *Ex Paddan Aram, Gen. 25, 20. id est, cam-*
pestri Syria. Nam פַּדְדָן Arabicè, Ager, Campus, ut Aben
Efra & Rabbi Salomon tradunt : פַּדְדָנִים Paddanem,
Genes. 28, 2. *cum ה locali.*

אֶפְדָן Palatium, Augustale : Affix. **יִטַע אֶת־לִי אֶפְדָנִי** *Et*
figet tentoria palatii sui, Daniel. 11, 45. Sic in Targum,

וַיִּגְדֹּד יְרֵת אֶפְרַיִם עַל יְהוָה *Et extendet augustale suum super eos. Hebr. יִשְׁבְּרֵירוּ Jer. 43, 10:*

פָּדַע Redemit : Imp. פָּדַעְחוּ *Redime eum, Job. 33, 24.*
 Convenit cum יָבֵחַ mutato ה in ע.

פָּדַר m. Intestina : *vel juxta Aben Esram, Adeps, Levit. 1, 8.* Aff. וְאֶת-פָּדָרוֹ *Et adipem ejus, v. 12.*

פָּה m. Os, oris : *Metaphoricè Acies, cum de gladio dicitur & variis deinceps rebus accommodatur : Radix esset פִּיהַ & פָּה pro פִּיהַ formæ יִגְאֹוּ ut Kimchi ponit in Michlol. Simile ipsi est פָּה לְהֵם : פָּה Os eis, Psal. 115, 5.*

Ore ad os, 2. Reg. 10, 21. i.e. Confertim, ad eò plenè, ut ora hominum se invicem contingerent : פִּיהַ אֶל-פִּיהַ Ore ad os, coràm, Numer. 12, v. 8. Sic סֹבֵא סֹבֵא 2. Job. 1, 12. Constr. & cum Affixis junctum, semper est cum Chirek & Joth : פִּי צַדִּיק Os justi, Psalm. 37, 10.

פִּי-שְׁנַיִם Os duorum, Deut. 21, 17. id est, portio duplex : פִּי-עַל-פִּי Secundum os, ex præstituto, juxta mandatum, Numer. 3, 16. Sic פִּי sæpè est particula expletiva, seu syllabica adjectio, modum & æstimationem significans : ut, פִּי חֲדָכְרִים חֲאֵלָה Juxta verba hac, Genes. 43, 7.

Ore gladii, Jos. 6, 21. id est, Acie gladii, per gladium. Item פִּי Secundum, Juxta, Pro ratione : פִּי Idem ; quomodo etiam expletivum est, Exod. 16, 21. Aff. עַם-פִּיךָ וְעַם-פִּיהוּ Cum ore tuo, & cum ore ejus, Exod. 4, 15. פִּי לְפִיהֶן Secundum illos, Lev. 25, 51. פִּי Os meum loquitur ad vos, pro פִּי Genes. 45, v. 15. Plural. mascul. פִּי פִּי פִּי Lima ora habens, 1. Sam. 13, 21. i.e. cui sunt פִּי פִּי פִּי Ora multa, hoc est, plena incisuris, ad meliùs acuendum ferrum : Et masculinum sub terminatione fœmin. וְלָהּ שְׁנֵי פִּיּוֹת Et ei erant duo ora, i. e. duæ acies, Jud. 3, 16. Et פִּי cum Chirek, כְּחֶרֶב פִּיּוֹת Sicut gladius acierum, id est, bipennis, Proverb. 5, 4. Et geminatum, חֶרֶב פִּי פִּיּוֹת Gladius acierum, ut antè, Psalm. 149, 6.

הִנֵּה Hic, *Genes.* 22, 5. Huc, *1. Sam.* 16, 11. **מִפֶּה**
 Inde *Ezech.* 40, 39. **עַד-פֶּה** Hucusque, *Job.* 38,
vers. 11. Cum Aleph; **וּפֶה** Et hic, *Ibid.* Sæpissimè est
 cum ׀ loco **ה**: Tres **מִפֶּה** Hinc, & tres **מִמֶּנּוּ** Illinc, *Ezech.*
 40, 21. **מִמֶּנּוּ וּמִפֶּה** Hinc & inde, *Utrunque.* v. 34. Cum
 quæsitivo **אֵי** ab initio, **אֵי-בֵּינָם** Ubinam? *Job.* 38, 4.
 Qualesnam, *Jud.* 8, 18. Quater est cum ׀ loco **ה**: Item
 absque Joth; **אֵינִי** Jam, Nunc, *Job.* 9, v. 24. **אֵינִי**
 Ubinam nunc est, *Job.* 17, 15. **יָדָעוּ אֵינִי** Scitote nunc, *Job.*
 19, 6. Sic cum **א** in fine, **מִי אֵפֹא הוּא** Quis nunc ille,
Genes. 27, 33. Est quasi expletiva particula.

פָּוַן Intermittere, Cessare: Deficere, Deliquium pati:
 Futur. **וַיִּפֹּג לְבִי** Defecit animus ejus, *Gen.* 45, 26.
תִּפְּוֹן תּוֹרָה Cessabat lex, *Psalms.* 77, 3. Niph. Præterit,
נִפְּוִנְתִּי Debilitatus sum, *Psal.* 38, 9.

אַל-תִּתְּנִי פִּוְנָתְךָ לִּי f. Intermissio, Cessatio: Constr. **לִּי**
Ne des intermissionem tibi, Thren. 2, 18. scil. **עֵינֵי** oculi,
ut Aben Esra complet.

תִּפְּוֹנוֹת f. p. Intermissiones, *Thren.* 3, 49.

פָּוַח Afflavit, Aspiravit: **עַד-שִׁפְפוֹת הַיּוֹם** Donec aspi-
 ravit dies, *Cantic.* 2, v. 17. Hiph. **הִפִּיחַ** Con-
 flavit, Perflavit, Sufflavit, Exsufflavit, Efflavit:
*metaphoricè Effatus, Elocutus est: quia Sermo nihil
 aliud quam flatus & spiritus est, unde & Spiritus oris
 alibi vocatur: Item Illaqueavit, ex significatione No-
 minis derivati, quod Laqueum significat: Infinit. הִפִּיחַ
 Illaqueando, *Jesa.* 42, v. 22. Imper. **הִפִּיחֵי נַגְי** Perfla-
 hortum meum, *Cant.* 4, v. 16. Futur. **יִפִּיחַ כּוֹזְבִים** Efflat
 mendacia, *Prov.* 6, 19. **יִפִּיחַ בָּהֶם** Sufflat in eos, *Psalms.*
 10, 5. **יִפִּחוּ קִרְיָה** Exsufflant urbem, vel, Illaqueant,
Prov. 29, 8.*

פִּיחַ m. Favilla, quia Flatu excitatur, *Exod.* 9, 8.

פִּתְּחִים m. Laqueus, *Hos.* 5, 1. Plur. **פִּתְּחִים** Laquei, *Prov.* 22, 5.

Item Laminæ. Numer. 16, 38. Constr. אֶת־פְּתֵי הַזֹּהָב
Laminas auri, Exod. 39, 3. Est quasi à פַּחַרְי.

פּוֹךְ m. Stibium, Fucus, qui venustandæ faciei adhibetur: Et posuisti בְּפִיךָ In fucum oculos tuos, 2. Reg 9, 30. Vide & Jerem. 4, 30. Est & lapidis pretiosi nomen, quem alii Carbunculum, alii Rubinum esse volunt, 1. Paral. 29, 2. Jesa. 54, 11.

פּוֹל m. Faba, 2. Sam. 17, 28. וּפּוֹל וְעֵדְשִׁים Et fabas & lentas, Ezech. 4, 9.

פּוֹם masc. Chald. Os oris: עַל־פִּם Super os, Dan. 6, 18. בְּפּוֹם In ore, Dan. 4, 28. Cum Aff. בְּפִמָּה In ore suo, Dan. 7, 5.

פּוֹן Animi pendere, Dubium, Sollicitum, Anxium esse, Hæsitare: Futurum, אֶפּוֹנָה Animi pendo, Psal. 88, 16.

פֶּן Ne fortè, Ne, Ut ne, Ut non: quandoque hæsitantis, sæpè simpliciter negantis particula: מִן תִּמְתּוּן Ne moriamini, Genes. 3, v. 3. Construitur cum Futuro, & semel abusivè cum Præterito, quod pro Futuro ponitur, 2. Sam. 20, 6.

פּוֹץ Spargere se, Spargi, Dispergi, Dissipari, Dissilire: Imperat. פִּצּוּ Dispergite, 2. Samuel. 14, 34. Futur. מִן־נִפּוֹץ Ne fortè dispergamur, Gen. 11, 4. Niph. Præt. נִפּוֹצוּ Dispersæ sunt, Gen. 10, 18. נִפּוֹצוּם Dispersi estis, Ezech. 11, 17. Pih. Fut. יִפּוֹצֵץ Facit ut dissiliat vel dispergatur, Jer. 23, 29. Et geminatis duabus radicalibus, וַיִּפְצַץ־נִי Et dissipavit me, concutiendo dissilire fecit me, Job. 16, 12. Hiph. Præt. וַתִּפִּץ יְהוָה אֶתְכֶם Et disperget Dominus vos, Deuteron. 4, 27. Hichp. Futur. וַיִּתְפּוֹצְצוּ Et dissipati sunt, Abac. 3, 6.

פּוֹץ m. Malleus, Marculus: q. Dispergens, Prov. 25, 18. וַתִּפּוֹצְצוּם f.p. Dispersiones: Aff. וַתִּפּוֹצְצוּם Et dispersiones vestræ, Jer. 25, 34. cum duplici Vau Cholem.

פוק Titubavit, Vacillavit : Præterit. **פָּקוּ** *Titubant*, *Jesa. 28, 7.* Hiph. **הִפִּיק** *Vacillare fecit vel sivit :* Item, Protulit, Produxit, Provexit, Eduxit, Expromptit, *quæ significatio propriè Chaldaica est :* Part. **מִפִּיקִים** *Proferunt*, *Psal. 144, 13.* Futur. **וְלֹא יִפִּיק** *Ut non vacillet*, *Jer. 10, 4.* **יִפִּיק תְּבוּנָה** *Eduxit intelligentiam*, *Prov. 8, 35. id est, consequitur.*

פִּיק *m.* Titubatio, *Nab. 2, 10.* scribitur **פִּק** defectè.

פּוּקָה *f.* Idem, *1. Sam. 25, 31.*

פּוּר Disrumpi : Infinit. **פּוּר** *Disrumpendo*, *Jes. 24, 19.* Pih. Præterit. **פּוּרַתְּ בְּעֵזְרִי** *Disrupisti fortitudine tua mare*, *Psal. 74, 13.* Et geminatis duabus radicalibus. Futur. **וַיִּפְּרֵנִי** *Et disrupit me, minutim concidit vel confregit me*, *Job, 16, 12.* Hiph. **הִפִּיר הַפִּיר** *Fregit, Irritum fecit.* Præter. **אֶת-בְּרִיתִי הִפִּיר** *Fœdus meum irritum fecit*, *Gen. 17, 14. cum Pathach propter pausam, Sic Num. 15, 31.* **הַפִּיר עֲצַת בּוֹיִם** *Irritum facit consilium gentium*, *Psal. 33, 10.* Hoph Futur. **גַּם-בְּרִיתִי תִפֵּר** *Et fœdus meum irritum fiet*, *Jer. 33, 21.* Hitph. Præter. **הִתְפּוּרַרְחָה** *Disrupit se*, *Jesa. 24, 19.*

פּוּרָרָה *f.* Torcular, à *Confringendis uvvis*, *Jesa. 43, 3.*

פּוּר *m.* Sors, *Esth 3, 7.* *Persicum vocabulum.* Plur. **פּוּרִים** *Sortes, Sortium dies*, *Esth. 9, 26.*

פּוֹשׁ Abundare, Augescere, Multiplicare. Præterit. **וּפְשׁוּ** *Et abundant, multiplicabuntur*, *Habac. 1, 8.* **וּפְשַׁתֶּם** *Et augescetis, Crescetis*, *Mal. 4, 2.* Niph. Præter. **נִפְּשׁוּ** *Diffundent se, diffugient*, *Nab. 3, 15.*

פּוֹשׂ *m.* Abundantia, Multitudo, *Job. 35, 15.*

פּוֹת *m.* Cardio fœmina, ferramentum cavum januæ affixum : Metaphoricè Pudendum muliebri : Aff. **פְּתַחַן יַעֲרָה** *Pudendum earum nudabit*, *Jesa. 3, 17.* nempe per hostes, qui eas nudas in captivitatem adducent. *Aben*

Esra, אַחורִיתָן, *Posteriora ipsarum. Talmudici*, יַפְרָחִיתָן, *quod idem, Schabbath fol. 62, 2. Sic & R. David. Græci* ἀχούριμα αὐτῶν. *Aben Esra ex aliis*, פֶּאֶתְהָן, *Angulos capitum ipsarum, quos scilicet solent alienis crinibus ornari:* Plural. וְהַפְתּוֹת. *Et cardines, 1. Reg. 7, 50.*

פּוֹז Consolidari, Roborari: Futur. וְיִסּוּזוּ זְרַעֵי יָדָיו. *Et roborata sunt brachia manuum ejus, Genes. 49, 24.* Pih. מִסּוֹזֵי Subsiliens, Saltans, 2. Sam. 6, 16. *Sic Jonathan*, מְרַבֵּר Hoph. Part. וְהָב מוֹפֵן *Auro solido, 1. Reg. 10, 18. id est, optimo & depuratissimo: juxta Kimchium in Comment. Talmudici*, זֶה־בְּמוֹפּוֹ שְׂדוּמָה לְבָנֵי, *Quod simile est margaritæ, Joma fol. 44. nempe fulgore.*

פּוֹז m. Aurum solidum, *Psal. 21, 4. id est, benè purgatum: quantò enim purius, tantò solidius est: וּמְפֹזֵרֵיב Et præ auro multo, Psalm. 19, 11. Vide וַחֲב.*

אֹפֶז Uphas, nomen proprium loci, *Jerem. 10, 9. qui aliàs Ophir dicitur, 1. Reg. 9, 28. ubi auri optimi fuit copia: אֹפֶז Auro insigni Uphaz, id est, præstantissimo, Dan. 10, 5. Quidam faciunt primitivum.*

פֹּזַר Dispersit: Partic. פֹּזַרְהָ, *Pecus dispersum, Jerem. 50, 17. Niph. Præter. נִפְזַרוּ Dispersæ sunt, Psal. 141, 7. Pih. Præter. פֹּזַר עֲצָמוֹת Dispersit ossa, Psal. 53, 6. פֹּזַרְתָּ אֹיְבֶיךָ Dispersisti inimicos tuos. Ps. 98, 11. Pyh. Part. עַם מְפֹזָר Populus dispersus, Esth. 3, 9.*

פָּחַד Pavit, Expavit: *Construitur sapius cum Præposit.* פָּחַד אֵל & מִן: Præterit. וּמִדְּבַרְךָ פָּחַד לִבִּי. *Et à verbo tuo pavet animus meus, Ps. 119, 161. וּפָחַדוּ אֶל־יְהוָה Et pavebunt ad Dominum, Hof. 3, 5. id est, Pavidii accedent. Pih. Partic. מִפָּחַד Pavens, Prov. 28, 14. Futur. וְתִפְחַד Paveasq̄, jugiter, Jesa. 51, v. 13. Hiph. חִפְזֵר Exterruit, Job. 4, 14.*

פָּחַד m. Pavor, *Genes. 31, 42. Aff. וּפָחַדוּ Et pavor ejus, Job. 13.*

Job. 13, 11. Plural. פַּחְדִּים *Pavores*, *Job.* 15, 21. Ex usu Chaldaico, Testes virilitatis, Testiculi: Aff. גִּירֵי פַחְדּוֹ *Nervi testiculorum ejus*, *Job.* 40, 17. habetque aliam formam vocalium ad diversam significationem notandam. Fœmin. פַּחְדָּה. Aff. פַּחְדִּי *Pavor mei*, *Jerem.* 2, 19.

פַּחַח mascul. Dux, Princeps, Præses, Præfectus, *Nehem* 5, 14. Construct. פַּחַח יְהוּדָה *Principem Jehuda*, *Hog.* 1, v. 1, Est & eâ formâ absolutum, פַּחַח אַחַר *Ducis unius*, 2. *Reg.* 18, 24. Aff. לְפַחַחְךָ *Duci tuo*, *Mal.* 1, 8. פַּחַחֵם *Dux eorum*, *Neb.* 5, 14. contractè pro פַּחַחֵם cui simile vide in פָּנָן. Plural. פַּחַחִים *Duces, Principes*, 1. *Reg.* 20, 24. Alia forma פַּחַחִים *Esr.* 8, 36. Aff. פַּחַחֵיהֶם *Duces ejus*, *Jer.* 51, 57. Chald. פַּחַח *Princeps*, *Esr.* 5, 14. vel, פַּחַח, v. 3. Particip. form. fœmin. פַּחַחִתָּא *Duces*, *Dan.* 6, 7.

פַּחַז m. pl. Instabiles, Leves, *Jud.* 9, 4. נְבִיאֵיהֶם פַּחַז *Propheta ejus leves sunt*, *Soph.* 3, 4.

פַּחַז m. Rapiditas, Rapidus, *Genes.* 49, 4.

פַּחַזוֹת f Levitas, Instabilitas, Rapiditas: Aff. וּבְפַחַזוֹתָם *Et rapiditate suâ*, *Jer.* 23, 32.

פַּחַח m. Carbo, Pruna, *Jes.* 54, 16. וְפַעַל בְּפַחַחֵם *Et operatur prunis*, *Jesa.* 44, 12. *Elias vult esse prunam extinctam*, וְגַהֲלֵם *ardentem*.

פַּחַח m. Chald. *Figulus*: מִנְחֹן חֲסִיפֵי פַחַח *Partim ex luto figuli*, *Dan.* 2, 41.

פַּחַח m. Fovea, Fossa, *Jer.* 48, 28. Plural. פַּחַחִים *Fossæ*, 2. *Sam.* 17, 9.

פַּחַחִתָּה f. Corrosio, Plaga corrodens, *Levit.* 13, 55.

פַּטְרָה *Topasius vel Smaragdus*, *Exod.* 28, v. 17. Constr. פַּטְרַת־כֹּיֵשׁ *Topasius Ethiopia*, *Job.* 28, 19. *Chaldeus ubique vertit Lapidem viridem, id est, Smaragdum.*

פָּטַר Dimisit, Emisit, Laxavit, Exemit, Discessit, Abscessit: *Hinc apud Rabinos, נִפְטַר Dimissus è vivis, Mortuus: פִּטוּר Licitum, Permissum. Præterit. לֹא פָּטַר Non dimiserat vel exemerat Jehojada sacerdos ullas distributiones, 2. Par. 23, 8. Particip. פּוֹטֵר מַיִם Laxat aquas, Proverb. 17, v. 14. Futur. וַיִּפְטַר Et discessit à facie Saulis, 1. Sam. 19, vers, 10. Hiph. Futur. יִפְטְרוּ בְשֵׁפֶה Laxum faciunt labio, Psalm. 22, vers. 8. id est, diducunt, distorquent labia.*

פָּטַר masc. Apertio, Laxatio: **פָּטַר כָּל־רֶחֶם** Apertionem omnis vulvæ, Exod. 13, 2. id est, *Quidquid vulvam primò aperuit, seu, E vulva primò emittitur, hoc est, primogenitum: Fœm. פִּטְרָה Idem: Constr. תַּחַת פִּטְרָתָא Pro apertione prima omnis vulvæ, Num. 8, 16. id est, primogenito,*

פִּטְרוּרִים Dimissi, Immunes, 1. Paralip. 9, 33. *Et ita est Particip. Pabul: Et substantivè, Apertiones: Construct. וּפִטְרוּרֵי צְצִיִּים Et apertiones florum, 1. Reg. 6, 18. id est, calaturæ florum patulæ,*

פַּטִּישׁ m. Malleus, Jesa. 41, 7, Jerem. 23, 29. *Chald. Subligaculum, Femorale, juxta Aben Efram: Plural. cum Aff. פַּטִּישֵׁיהוֹן Subligaculis suis, Dan. 3, 21. scribitur cum י post ט redundante, juxta Masorethas,*

פִּיר m. Oppressio, Casus vel Eventus malus, Infortunium, Prov. 24, 22. Aff. בְּפִירוֹ *In oppressione ejus, Job. 30, 24.*

פִּימָה fœm. Plicatura, Strigæ, cutis propter pinguedinem conduplicatio: **וַיַּעַשׂ פִּימָה** *Et effecit strigas, Job. 15, 27. Quidam à Plurali פִּימָה Ora deducunt, de quo in פִּירָה quasi Orificationem dicas, per metaphoram.*

פכה Pih. **פכה** Manare, Diffluere, Effluere, Particip. מים מפכים *Aqua manabant, Ezech. 47, 2.*

פך m. Lenticula : **את פך השמן** *Lenticulam olei, 1. Sam. 10, vers. 1.*

פלג Niph. **נפלא** Mirum, Admirabile esse vel fieri, In admirationem rapi : Occultari, Occultum esse : *Construitur cum Praeposit. מן*. Præter.

נפליתי *In admirationem raptor, Psal. 139, 14. cum in medio, loco א* : fœmin.

היא נפלאה *Hoc admirabile fuit, Psal. 118, 23. contractè pro נפלאה* ut Kimchi notat.

נפלאה אהבתך לי *Admirabilis fuit amor tuus mihi, 2. Sam. 6, 26. estq̄ cum duplici signo fœminino, cui simile vide in הכה*. Particip.

לא נפלאה היא ממך *Non est occultum à te, Deut. 30, 11. Pih. Infinit. לפלא*

vide in פלה : nam hæc duæ Radices formas inter se permutant. Hiph.

רפרוני Stravi strata mea, Job. 17, 13. Imp. רפרוני Substernite, mihi, Cant. 2, 5: scil. mala ista, ut ipsorum fragranti odore recreer. Aben Esra scribit, Arabicè idem esse quod חזקוני Confortate me.

רפידה f. Stratum; Aff. רפידתו Stratum ejus, Cant. 3, 10.

רפה Remittere, Remissum esse, Remitti, Desistere, Deficere: Construitur absolutè & cum

Præposit. רפה חיוס Remittit dies, Jud. 9,

v. 15. רפוי ידנו Remissa sunt manus nostræ, Jer. 6, v.

24. Futur. וישש להבה ירפיה Et cremium flammæ deficit, Jes. 5, 24.

וירף ממני Et destitit ab eo, Exod. 4, v. 26. per Apocopam. Niph. Particip. Plural. כי

נרפים הם Quia defides sunt, Exod. 5, 8. Pih. רפה Remissum,

Debile reddidit, Debilitavit, Destituit, Deficere fecit. Præterit. ומזיח אפיקים רפה Et zona va-

lidos destituit, Job. 12, 21. Partic. מרפא Remissas red-

dit, Jer. 38, 4. ex forma רפא Futur. תרפינה כנפיהן

Remittebant alas suas, Ezech. 1, 24. Hiph. חרפה De-

stistere. Absistere, Sinere, Remittere, Dimittere:

Imper. הרפה ממני Desiste à me, Jud. 11, 37. הרפה

לה Sine eam, 2. Reg. 4, 27. Per Apocopam, הרפה ממני

Desiste à me, Deut. 9, 14. Hithp. Præter. התרפית Si

remissè te gesserit, Prov. 24, 10. Part. מרפח במלאכתו

Remissè

Remisse se gerens in opere suo, Prov. 18, 10. Plural.
 מִתְרַפִּים *Remissi estis*, Jos. 18, 3.

רַפְּיָה *m. Remissus, Debilis*, Numer. 13, 19. Construct.
 וְרַפְּיָה יָדַיִם *Et remissus manibus*, 2. Sam. 17, 2. Fœm.
 Plurale, חִזְקוּ יָדַיִם רַפּוֹת *Confirmate manus remissas*,
 Jesa. 35, 3.

רַפְּיָה *m. Gigas*, 2. Sam. 21, 16. 18. sic dictus, quod
 horrendâ staturâ suâ aliorum animos debilitaret & Re-
 missos redderet. Inde Rabbi Bechai scribit Deuter. 2.
 נִקְרְאוּ רַפְּיָה עַל שֵׁם שָׂכַל הָרוּאָה אוֹתָם יָדָיו מִתְרַפּוֹת
Id est, Vocantur רַפְּיָה propterea. quod, quicumque
 eos aspiceret, manus ejus remissæ fierent, metu scili-
 cet, unde & אֵימִים vocantur. Sapius est רַפְּיָה 1. Par. 20.
 v. 8. Plur. רַפְּיָה *Gigantes*, Deut. 2, 11. Item Mortui,
 vitæ expertes, in quibus virtus vitalis Defecit, Psal. 88.
 v. 11. Est & Populorum nomen, Gen. 14, 5.

רַפְּיוֹן *m. Remissio*, Jerem. 47, 3.

רַפַּס *Conculcavit, Conturbavit, Perturbavit, cum*
 ad aquas refertur. Pro ם est quandoque שׁ. Fut.
 וּתְרַפֵּשׁ נְהַרְתָּם *Et perturbas flumina illarum*, Ezech. 32.
 vers. 2. חִרְפְּשׁוּן *Conculcatis*, Ezech. 34, v. 18. Chald.
 Partic. Fœm. בְּרַגְלֶיהָ רַפְּסָה *Pedibus suis conculca-*
bat, Daniel. 7, v. 7. Niph. Particip. מַעַן נִרְפֵּשׁ *Fons*
conculcatus, id est, Pedibus conturbatus, Prov. 25, 26.
 Hithp. הִתְרַפַּס *Subjicere, Submittere se, & quasi*
*Calcandum se præbere. Particip. מִתְרַפֵּס *Se subjiciens*,*
*Psal. 68, vers. 31. Imperat. הִתְרַפֵּס *Subjice te*,* Pro-
 verb. 6, 3.

מְרַפֵּשׁ *mascul. Conturbatio, Conturbatum. Construct.*
 וּמְרַפֵּשׁ רַגְלֵיכֶם *Et conturbationem pedum vestrorum*,
 Ezech. 34, 19. id est, aquam turbidam.

רַפְּסָד *f. Ratis, connexæ traves: Plural. Fœminin.*
 רַפְּסָדוֹת *Rates*, 2. Par. 2, 16. Formæ חֲרָגוֹל.

רפק Hithp. הִתְרַפַּק Associare, Adjungere se, Adhærere. Particip. מִתְרַפַּקְתָּ עַל רוּדָה *Associans se amica sua, Cant. 8, 5. R. Salom. & Aben Esra, מִתְחַבְּרָת. Uterque scribit, Arabibus hoc sensu esse familiare, & inde רַפְקָתָא, id est, הכּוּבָה Societas.*

רפש m. Cænum, Lutum : וַיִּגְרְשׁוּ מִיָּמָיו רֶפֶשׁ וְטִיט *Expellent aquæ ejus cænum & lutum, Jes. 57, 20.*
* **רפש** *Quæ hinc sunt, vide supra in רפס.*

רפת m. Bovile : Plural. וְאִין בְּקָר בְּרַפְתִּים *Et non erant boves in bovilibus, Abac. 3, 17.*

רצא Cucurrit : Infinit. וְהַחַיּוֹת רָצוּ *Et animalia currendo, pro, Currebant, Excurrebant, Ezech. 1, 14. idem est quod רוץ.*

רצד Pih. רָצַד Dejicere, Deprimere se ; vel, ut quidam volunt, Exilire, Exultare : Fut. לְמָה תִּרְצְדוּן *Ut quid dejicitis, humiliatis vos, Psal. 68, 17. Targum, יִרְצְדוּן Exsilitis, & sic alii Hebræi.*

רצה Velle, Benè velle, Benevolum esse, Benevolè prosequi, Benevolè accipere vel Acceptare, Gratum, Acceptum esse vel habere, Acquiescere, Beneplacitum habere in aliquo, Delectari re aliquâ : Item Perficere, Complevere, Absolvere, Exsolvere, quòd in iis Acquiescamus. Construitur cum Accusativo & Prepositione ב : quandoque cum עם. Præt. בִּי רָצָה *Me voluit, 1. Par. 28, 4. וְיִצְאָתִי אִתְּכֶם Acceptedos habebo vos, Ezech. 43, 27. cum א in medio, loco י. Particip. רָצָה יְהוָה Benevolus est Dominus erga populum suum, Psal. 149, 4. Particip. Præt. sive Pahul, רָצוּי לְרַב אֶחָיו Acceptedus multitudini fratrum suorum, Esth. 10, 3. Const. רָצוּי אֶחָיו Acceptissimus fratrum suorum, Dent. 33, 24. Futur. per Apocopam, וּתְרַצְעָמוּ Acquiescis in eo, Ps. 50, 18. עַד-יִרְצָה כְּשָׂכִיר יוֹמוֹ Usque dum absolverit ut mercenarius diem suum, Job. 14, 6. יִרְצוּ אֶת-עוֹנָם Acceptent*

Acceptent iniquitatem suam, Lev. 26, v. 41. 43. id est, pœnam iniquitatis suæ, vel juxta Aben Esram, Absolvant & exsolvant iniquitatem suam, datis scil. pœnis: וַיִּחְרְיֵהֶם בְּפִיהֶם יִרְצוּ Et posteri ipsorum in ore ipsorum acquiescunt, Psal. 49, 14. id est, dicta consiliaq³ approbant. Niph. Præter נִרְצָה עוֹנָה Accepta est iniquitas ejus, id est, expiatio iniquitatis, Jes. 40, 2. vel, Absoluta, exsoluta est iniquitas ejus, juxta Hebræos: וְנִרְצָה לוֹ Ut sit acceptum ipsi, Lev. 1, 4. Futur. לֹא יִרְצָה Non erit acceptum, Levit. 7, 8. alii 18. Pih. Futur. יִרְצוּ Gratificantur tenuibus. Benevolè habent tennes, Job. 20, 10. Hiph. וְהִרְצָה אֶת-שַׁבְּתֹתֶיהָ Et perficiet (terra) sabbatha sua, Lev. 26, 34. juxta Aben Esram: vel, Acquiescet in sabbathis suis. Est autem vox contracta, pro וְהִרְצָתָה cui simile vide in גָּלָה in Hophal. Hithp Futur. בְּמָה יִתְרַצָּה זֶה אֶל אֲרָנָיו Quanam in re benevolentiam conciliabit sibi apud dominum suum? 1. Sam. 29, 4. מִתְרַצָּח Conciliatus, Contentus, Rab.

רְצוֹן *m* Voluntas, Benevolentia, Beneplacitum, Studium: יֵטְרוֹ שָׁבַע רְצוֹן Satur beneplacito, Deut. 33, 23. עַל רְצוֹן מִזְבְּחִי Ascendent ab beneplacitum altare meum, Jes. 60, 7. pro לְרְצוֹן עַל מִזְבְּחִי Construct. רְצוֹן יִרְאִיו Voluntatem timentium se, Psal. 145, v. 19. Aff. חַיִּים בְּרְצוֹנוֹ Vita est in benevolentia ejus, Psal. 30, 6.

רָצַח Occidit, & dicitur tantùm de Homine. Præter. וְרָצַחוּ נַפְשׁוֹ Et occiderit, Numer. 35, v. 27. Et occiderit eum animâ, Deut. 22, 26. id est, Percusserit ipsum, adeò ut vitam amittat. Niph. Particip. הָאֵשָׁה הַנִּרְצָחָה Mulieris occisæ, Jud. 20, 4. Futur. אֶרְצָח Occiderer, Prov. 22, 13. Pih. Partic. loco Nominis, מִרְצָח Occisor, Homicida, 2. Reg. 6, 23. Plural. מִרְצָחִים Homicidæ, Jes. 1, 21. Futur. יִרְצָחוּ Pupillos occidunt, Psal. 94, 6. Pyh. Futur. תִּרְצָחוּ Occidemini, Psal.

Psal. 62, 2. & Kametz sub ר est Kametz chatuph, loco Kibbutz. Masoretha notant, Filios Naphthali, hoc est, Orientales Judæos legere תִּרְצַחוּ per Pathach sub ר, & tunc est ex Pihel, Occidētis.

רִצַּח m. Occisio: Ezech. 21, 22. Item Gladius, Sica; occisionis instrumentum: בְּרִצַּח בְּעַצְמוֹתַי Cum gladio in ossa mea, scil. penetrant, Psal. 42, 11. Kimchi in Comment. scribit, רִצַּח hęc significare Gladium occisoris: Chald. R. Salomon & Aben Esra, Quasi occisio, transfixio vel vulneratio est, & בִּי accipiunt loco כִּי similitudinis. Sive hoc, sive priori modo accipiatur, comparationis nota semper subaudienda est.

רִצַּע Perforavit: Præterit. וְרִצַּע אָזְנוֹ אֶת-אָזְנוֹ Et perforabit dominus ipsius aurem ejus, Exod. 21. vers. 6.

מִרְצַע m. Subula, à Perforando dicta, Deut. 5, 17.

רִצַּף Stravit: Particip. פָּהֻל תּוֹכוֹ רִצּוֹף אֶהְבֵּה In-terius ejus stratum est amore, Cant. 3, 10.

רִצְפָה f. Pavimentum, Ezech. 42, 3. Item, Pruna, Carbo, Jes. 6, 6. Constr. עַל-רִצְפַּת בָּהֵט Super pavimentum porphyreticum, Esth. 1, 6. Plural. masc. רִצְפִּים Carbores, 1. Reg. 19, 6.

מִרְצְפָה f. Pavimentum, 2. Reg. 16, 17.

רִצַּץ Quassavit, Conquassavit, Collisit, Confregit, Contrivit, Concussit: Præter. וְלֹא רִצַּצְתִּנוּ Neq³ concussisti nos, 1. Sam. 12, 4. אֶת-מִי רִצַּצְתִּי Quem concusserim, v. 3. Partic. הַרְצַצְתֶּם אֲבוֹנִים Qua conteritis egen-tes, Amos 4, 1. Futur. וְרִצַּץ מִשָּׁם Et concussit ea inde, 2. Reg. 23, 12. וְתִרְצַץ Et confringitur, Eccles. 12, 6 juxta Kimchium & Aben Esram Quidam, Et excurrit, quasi à רִוץ deductum: וְלֹא יִרְוֹץ Neq³ quassabit, Jes. 24, 2. cum Schurek loco Cholem, cui simile vide in שָׁרַר. Fortè plura hinc non occurrunt: alia ergo ad רִוץ pertinent. Niph.

Niph. Præter. וִנְרוֹץ *Et disrumpitur*, Eccl. 12, 6. Futur. כִּי יִתְרוֹץ *Confringeris*, Ezech. 29, 7. Pih. Præter. רָצַץ *Quia quassavit*, Job. 20, 19. רָצַצְתָּ רֵאשֵׁי לוֹוִיתָן *Conquassasti capita balænae*, Ps. 74, 14. Futur. וַיִּרְצַץ *Et conquassabat*, 2. Par. 16, 10. וַיִּרְצְצוּ *Et conquassaverant*, Jud. 10, 8. Hiph. Futur. וַתִּרְצַץ *Et confregit*, Jud. 9. v. 53. *cum Chirek loco Segol*. Hithp. Futur. וַיִּתְרַצְצוּ *Et collidebant se*, Gen. 25, 22.

רָצַץ *m. Frustum: Fragmen: Plural. Constr. בְּרָצֵי כֶסֶף* *Cum fragminibus argenti*, Psal. 68, 31.

רָקַב *Putridum esse, Putrescere: Futur. לֹא יִרְקַב* *Non putrescit*, Jesa. 40, 20. וְשֵׁם רְשָׁעִים יִרְקַב *Nomen improborum putrescit*, Prov. 10, 7.

רָקַב *m. Putredo: Habac. 3, 16. Constr. וּרְקַב עֲצָמוֹת* *Et putredo ossium*, Prov. 14, 30.

רָקַב *m. Idem, Job. 41, 18.*

רָקַד *Saliit, Subsiliit, Saltavit: Præter. תַּחֲרִים רָקְדוּ* *Montes subsilierunt*, Ps. 114, 4. Infinitivus וְעַתָּה רָקֹד *Et tempus saltandi*, Eccl. 3, 4. Pih. Part. מְרַקֵּד *Saltans*, 1. Paral. 15, 29. פְּעֵם מְרַקְבָה מְרַקְדָה *Currus saliens*, Nah. 3, 2. Futur. וַיִּרְקְדוּ *Salient*, Jesa. 13, 21. Hiph. Futur. וַיִּרְקִידוּ *Exsilire facit eos*, Psal. 29, 6.

רָקַח *Condire, Conficere unguenta, pigmenta vel condimenta, miscendo ea artificiose, ut Apothecarii solent quasi Unguentare, vel Pigmentare, dicas. Particip. vel Nomen Participiale, בְּעֵשֶׂה רָקַח* *Opere unguentarii, Apothecarii, Exod. 30, 25. 35. Plur. רִקְחֵי הַמְרַקְחֵת לְבִשְׁמִים* *Unguentarii unguenti aromatun, 1. Par. 9, 30 i. e. Confectores unguenti ex aromatibus, Futur. יִרְקַח* *Conficiet unguentum, Exod. 30. v. 33. Pih. Part. מְרַקְחִים* *Confecta, 2. Par. 16, 14. Hiph. Infinitivus הִרְקַח הַמְרַקְחָה* *Conficiendo confecturam, Ezech. 24, 10. Quidam per Imperativum explicant.*

רָקָה *m.* Unguentum, Pigmentum, *Exod.* 30, 25. 35.

רָקוּחַ *m.* Idem: Plur. **רָקוּחִים** *Unguenta tua, Jes* 57, 9.

רָקָה *m.* Unguentarius, Pigmentarius, Apothecarius:

Plural. **בְּנֵי הַרָקָהִים** *Filius cujusdam è pigmentariis, Neh.*

3, 8. Fœm **לְרָקָהוֹת** *In unguentarias, I. Sam* 8, 13.

רָקָה *m.* Conditura: **אֶשְׁקֶךָ מִיַּיִן הַרָקָה** *Propinabo tibi de*

vino conditurae, Cant. 8, 2.

מִרְקָחַי *f.* Unguentatio, Conditura, Pigmentum, *Ezech.* 24, v. 10. Plural. mascul. **מִרְקָחִים** *Pigmenta,*

Cantic. 5, 13.

מִרְקַחַת *f.* Unguentum, *I. Par.* 9, 30.

רָקַם *Acupingere, arte scilicet vel opere Phrygioni-*

- co: Particip. loco Nominis, מַעֲשֵׂה רָקַם

Opere acupictoris vel Phrygiano, Exod 26, 36. & 35.

v. 35. Vide הַיָּב in Nomine חֶשֶׁב Pyh. Præt. רָקַמְתִּי

Depictus, Artificiose confectus sum, Psal. 139, 15. *Me-*

taphora ab acupictoribus ad formationem corporis hu-

mani in utero materno traducta.

רָקַמָה *f.* Acupictum, Opus Phrygionicum, *Jud.* 5, 3.

Dual. **רָקַמְתִּים** *Bis Phrygionicum, utraque parte figu-*

raturum, Ibid.

רָקַמּוֹה *f. p.* Vestes Phrygionicæ, *Psal.* 45, 15.

רָקַע *Expandit, Dispandit, Extendit, Diduxit, Item*

- Plausit, Percussit, locutione ab iis deducta, quæ

tundendo & percutiendo distenduntur, ut pavimenta lu-

tea. Part. רָקַע הָאָרֶץ Expandens terram, Jesa. 42, 5.

Infin. וַיִּרְקַע בְּרַגְלוֹ Et plaudere te pede, Ezech. 25, 6.

id est, Eò quòd complodis, plaudis. Imp. וִירְקַע Et plaude,

Ezech. 6, 11. *Futur אֶרְקַעם Dispandam eos, 2 Sam.*

22, 43. Pih. Futur וִירְקְעוּ אֶת-פְּחֵי הַזָּהָב Diduxerunt,

extenderunt bracteas auri, Exod. 39, 3. *Pyh. Particip.*

בָּסָף מִרְקַע Argentum ductum, Jer. 10, 9. *Hiph. Futur.*

מִרְקִיעַ Expandes, Job. 37, 18.

רָקִיעַ *m* Expansum, cæli scil. in latum diductio & extensio, quod Græci dixerunt στερέωμα, Latini Firmamentum, Gen. 1, 6. Constr. **רָקִיעַ הַשָּׁמַיִם** Expansi cælorum, v. 20. Hebræi septem firmamenta enumerant. Vide R. Salom. Psal 19, 7.

רָקְעִים *masc. pl.* Diductiones : Constr. **רָקְעֵי פְתִיחַ** Diductiones bracteæ, Numer. 17, 3. id est, Laminas ductiles.

רָקַק Spuere, Despuere, quod ab affini Verbo **רָקַק** *mutatur*. Futur. **יִרָקַק** Despuerit, Levit. 15, 8. Ex Hiph. quidam deducunt, **אֲרִיקַם** Fricabo, Extenuabo eos. Psal. 18, 43. ut Dagesch in vocalem longam diductum sit. Aben Esra scribit, esse ex significato Nominis sequentis **רָקוֹת** Tenues. R. Salom. כְּטִיחַ הַנְּרוֹק שְׂאִינוֹ עָב. Sicut camentum tenue, quod non est crassum. Erit ergo **רָקַק** Attenuare, Tenue reddere, & Spuendi significatum ex Nomine efformatum. Vide supra in **רִיק**.

רָקַק *m*. Sputum, Saliva, Job. 30, 10. Aff. **עַד בְּלָעֵי רָקִי** Donec deglutiam sputum meum, Job. 7, 19.

רָקַק Tantum, Tantummodò, Duntaxat, particula Extenuandi, Gen 20, 11. & 19, 8. **הֲרָקַק אֵךְ** Ant tantummodò, duntaxat, Num. 12, 2. Pleonasmus ad magis ex tenuandum, vide **אֵךְ**.

רָקִיקָה *f*. Tenuis; unde Plural. **רָקוֹת בָּשָׂר** Tenues carne, Gen 41, 3. **הַפְּרוֹת הַרָקוֹת** Vaccae tenues, v. 20.

רָקִיקָה *f*. Tempus, pars capitis : Aff. **רָקִיקָתוֹ** Tempora ejus, Jud. 5, 26. **בְּרָקִיקָתוֹ** In tempora ejus, Jud. 4, 21. 22.

רָקִיקָה *m*. Laganum, placenta tenuis, Exod. 29, 23. Plur. Constr. **וּרְקִיקֵי מִצּוֹת** Et lagana azymorum, id est, azyma, v. 2.

רָשָׁה *m*. Facultas, Licentia, Esr. 3, 7. pro quo Rabbini dicunt **רְשׁוֹת**.

רש Chald. *Exaravit*, *Consignavit*: Præter. **רשם** *Consignavit scripturam*, Daniel 6 10. **רשמת** *Nonne edictum exarasti*, v. 12. Partic. **רשם** five Præter. **רשום** *Exaratum*, v 10. Futur. **ותרשם** *Et consignabis*, v 8. *Hebraicè* Particip. **רשום** *Exaratum*, Dan. 10, 21.

רשע *Improbum esse*, *Improbè se gerere*, *Improbè agere vel facere*. *Construitur absolute & bis cum Prepositione* **לא** Præter. **ולא רשעתי מאלהי** *Neque improbè egi à Deo meo*, 2. Sam. 22, 4. Psal. 18, 22. *id est*, *Defeci*, *vel averti me per improbitatem à Deo meo*. Nam **הרשע הוא הנטויר מדרך הרצון** *Id est*, *Improbitas est declinatio ab eo quod decet & justum est*; *& Probitas est incessus in via recta & convenienti*, scribit hic R. Levi: **אם רשעתי** *Si improbus sim*, Job. 10, 15. Hiph. **הרשיע** *Improbum fecit seu pronunciavit*, *Improbavit*, *Damnavit*, *Condemnavit*: *& interdum Improbè agere* Item *Inquietavit*, *Exagiravit*: Præter. **הוא הרשע לעשות** *Ipsè improbè egit faciendo*, 2. Par. 20, 35. *id est*, *Impiissimè se gessit*, **והרשיעו את הרשע** *Et improbum pronunciabunt eum, qui improbus est*, Deut. 25, 1. Part. Plur Constr. **מְרַשְׁעֵי בְרִית** *Improbè agentes fœderis, id est, in vel contra fœdus*, Dan. 11, 32 Futur. **ירשיע** *Inquietabat*, 1. Sam. 14, 47. **והוא ישקיט ומי ירשע** *Ipsò tranquillante, quis inquietabit?* Job. 34, 29:

רשע *Improbos*, ἀσεβής, Gen. 18, 23. Plur. **בַּעֲצַת רַשָּׁעִים** *In consilio improborum*, Ps. 1, 1. ubi *Aben Esra* scribit, *Improbos sic dictos, quasi Inquietos, qui nunquam in eadem constitutione permanent, juxta illud*; *Et improbi sunt ut mare propulsum*, Jes. 57, 20. *& juxta præcedentia duo loca, ubi inquietare significat, quasi hæc sit prima verbi significatio. At hæc inquietudo potius est effectum*

effectum improbitatis sive aversionis à Deo ejusq₃ verba
 & provenit ab eo Spiritu, qui eos agitavit, ut à Deo de-
 clinarent: מרשעים יצא רשע Ab improbis egreditur im-
 probitas. 1. Sam. 24, 14. Constr. רשעי ארץ Improbi ter-
 ra, Psal. 75, 9. Fœm. רשעה Improbata, Ezech. 3, 18.

רשע m. Improbitas, ut paulò antè: Aff. רשעו Et ad
 improbitatem ejus, Deut. 9, 27. Fœm. רעה, רע, רעם,
 Jesa. 9, 18. Constr. ורשעת הרשע Et improbitas im-
 probi, Ezech. 18, 20.

מרשעה f. Improbata, Improbè se gerens, 2. Paral. 24, 7.
 Habet vim Participii.

רשף m. Pruna ignita, Scintilla; Metaphoricè An-
 thrax, inflammatio vel morbus ardens: ורחמי
 רשף Et exesi anthrace, Deut. 32, 24. Sic Hab. 3, 5. ובני
 רשף Et filii prunæ, i. e. scintilla, Job. 5, 7. Plur. לרשפים
 Prunis ignitis, Ps. 78, 48. Constr. רשפי קשת Scintillas
 arcus, Psal. 76, 4. id est, Scintillantes sagittas: רשפי
 אש Pruna ejus pruna ignis sunt. Cant. 8, 6.

רשש Pyh. רשש Depauperari Præter. רששנו De-
 pauperati sumus, Malach. 1, 4. Convenit cum
 רשש ubi vide reliqua, quæ hinc esse possint.

רשת f. Rete, Psal. 57, 7. ורשת פרושה Et rete ex-
 pansum, Hof. 5, 1. Aff. ורשתו Et rete illius,
 Psal. 35, 8. Quidam deducunt à רש, quòd capta possi-
 deat & retineat.

רתח Pih. רתח Fervescit. Imper. רתחיה Fervescat
 fervescationes ejus, Ezech. 24, 5. id est, Fac
 ut vehementer ferveant. Pyh. Præter. מעי רתחו Viscera
 mea effervescent sunt, Job. 30, 27. Hiph. Futur.
 ירתח בפי מציחה Fervescit tanquam ollam, profun-
 dum, Job. 41, 22.

רתחיה m. p. Ebullitiones, Fervescationes; Aff. רתחיה
 ut paulò antè.

רתם Ligavit, junxit: Imp. **רתם חֲמֻרְכָּהּ** *Liga vel junge currum, Mich. 1, 13.*

רתם c. Juniperus: **תַּחַת רְתֵם אֶחָד** *Sub Junipero quadam, 1. Reg. 19, 5. & v. 4. fœmin. est: Plural. רְתֵמִים Juniperi, Job. 30, 4.*

רתק Niph. **יִרְתַּק** Concatenari, Catenis jungi, aut vinciri. Futur. **יִרְתַּק** Concatenetur, Catenæ instar jungatur, *Eccles. 12, 2. sic Masorethæ legendum tradunt pro יִרְחַק Procul amoveatur, ut in textu scriptum est. Tales voces observatae sunt undecim, quæ leguntur per ת, & non sunt scriptæ per ת: Vide Masoram Pyh. Præt. רְתִיקוּ Concatenati, Vincti sunt compedibus, Nah 3, 10.*

רתוק m. Catena: Funis, *Ezech. 7, 23. רְתוּקוֹת Catena. 1. Reg. 6, 21.*

רתקות f. p. Idem, *Jes. 40, 19.*

רתת m. Tremor, *Hof. 13, 1. propriè Chaldaicum est. Nam pro Hebræo רְתִיתָא in Targum est רְעַר Exod. 15, 15.*

ש

שאב Hausit: Præter. **וּשְׁאַבְתֶּם מַיִם** *Et haurietis, Jes. 12, 3. Infinit. לְשֹׁאֵב מַיִם Ad hauriendum aquas, Genes. 24, 13.*

משאבים m. p. Haustra, *juxta quosdam, Jud. 5, 11. R. Salom. vult, esse Loca ubi hauriuntur aquæ.*

שאנ Rugiit, leonum proprium, sed aliis etiam per metaphoram accommodatur: Præt. **אֲרִיָּה שָׁאֵן** *Leo rugit, Amos 3, 8. שְׂאֵנוּ צוֹרְרֶיךָ Rugierunt hostes tui, Psal. 74, 4.*

שאנתי f. Rugitus, *Jes. 5, 29. Constr. שְׂאֵנַת כְּפִירִים Rugitus leonum, Zach. 11, 3. Aff. רְבִירִי שְׂאֵנָתִי Verba rugitus mei, Psal. 22, 2.*

- וַיִּאָרָה** Vastari, proprie, cum tumultu, fragore & ir-
ruptione: Inde est Tumultuari: Præteritum **וַיִּאָרוּ**
עָרִים Vastentur urbes, Jes. 6, 11. Niph. Futur. **תִּיִּאָרָה**
שָׁמַיָא Vastata ut desolatione, Ibid. **וַיִּשְׁמְרוּ** Tumultuan-
tur, Jes. 17, 12. Hiph. Infinitivus **לְהִשְׁמֹר** Ad vastandum,
Jes. 37, 26. Contractum hinc, **לְהִשְׁמֹר** 2. Reg. 19, 25.
quod juxta Masorethas legendum, ut precedens. In
Hithp. Stupere Obstupescere, Part. **וְהָאִישׁ מִשְׁתַּאֲהָרָה**
Et vir ille stupens erat stupebat ipsi, id est, de vel super
ea, Gen. 24, 21. Metaphoricè ad animum relatum, quasi
Animo vastari: Similis usus Verbi **שָׁמַם**. Vide illic.
- שׂוֹאָה** m. Vastatio, Tumultuosa, Vastitas, Vastum:
שׂוֹאָה וּמִשְׁאָה Vastationem & Pervastationem, id est,
In locum vastatissimum, Job. 30, 3. Construct. **וּמִשְׁאָה**
רָשָׁעִים Et à vastatione improborum, Prov. 3, 25.
- שׂוֹאָה** f. Vastatio, Jes. 24, 12.
- שׂוֹאָה** f. Idem, Thren. 3, 47.
- שׂוֹאִים** m. p. Vastationes: Aff. **מִשׂוֹאֵיהֶם** A vastationi-
bus sive tumultuationibus ipsorum, Psal. 35, 17.
- שׂוֹאִין** masc. Tumultuatio, Tumultus, Strepitus: **קוֹל**
שׂוֹאִין Voce tumultus, id est, tumultuosâ, Jesa. 66, v. 6.
Constr. **שׂוֹאִין יַמִּים שׂוֹאִין נְלִיָּהִם** Strepitum marium, Stre-
pitum fluctuum eorum, Psal. 65, 8. Aff. **וּשׂוֹאֵיָהּ** Et tu-
multuatio ejus, Jesa 5, 14.
- שׂוֹאִין** m. Idem: Aff. **וּשׂוֹאֵינִיךָ** Et tumultuatio tua, 2. Reg.
19, 29. Sic Chaldaeus, **אַתְרֵיבְּשׂוֹתֵךְ** & Kimchi deducit à
שׂוֹאִין per geminationem literæ **נ**, ad vehementem tumul-
tuationem designandam. Vide etiam **שׂוֹאִין**.
- שׂוֹאָה** f. Devastatio, Pervastatum, Job. 30, 3.
- שׂוֹאִין** m. Vastitas, Solitudo vasta: **תִּנְסָה שׂוֹאָה**
בְּמִשְׁאֵין Tegitur odium in solitudine, Prov. 26, 26. Vi-
de & **נִשְׂאָה**.
- שׂוֹאִין** f. p. Vastitates, Ps. 37, 18. & 74, 3. Si-

gnificatione huc pertinet, ut *Aben Esra* refert, sed propter *Dagesch* est quasi à נָשָׂא.

תְּשֻׁאוֹת תְּשֻׁאוֹת f. p. *Fragores, Acclamations, Fragosi clamores, Tumultuationes: תְּשֻׁאוֹת נָגַשׁ* *Fragosi clamores exactoris, Job. 39, 10. תְּשֻׁאוֹת חֵן לֵא* *Acclamations gratiæ, gratiæ ei sunt, Zach. 4, 7.* Phrasis in familiaribus *Judaorum scriptis usitatissima, quando summas alicui gratias agere volunt. Habet autem hoc nomen formam ex ordine Quiescentium secundâ, quasi à שׁוֹא, sed significatione ad hanc Radicem pertinet.*

שָׂאָה Depopulari, Spernere. Verbum est irregularè, origine Chaldaicum Nam שָׂא Chaldais usurpatur pro Hebræo שָׂח Sprevit, Contempfit, *Psal. 15, 4. & Gen. 25, 34 in utroque Targum, Jonathanis scil. & Onkeli. Habet א* quiescens, uno tantum loco excepto, quasi protractionis sit, ut *Hebræi loquuntur, & thema habeat שׁוֹא ex ordine Quiescentium secundâ, sitq; א* loco mediæ quiescentis ׀ imitatione Chaldaorum. Sic אָרוֹם & קוֹם quandoque in medio habent א, vide illic. *Part. תְּשֻׁאוֹת אֶתְךָ* *Qui depopulentur eos, Ezech. 28, 24. Chaldaeus, רָבְזוּן* *Qui diripiunt eos: תְּשֻׁאוֹת אֶתְךָ* *Quæ depopulantur, prädantur te, Ezech. 16, 57. juxta Kimchium: Chaldaeus & R. Salomon, Quæ spernunt te.*

בְּשִׂאָה m. Contemptus, vel Depopulatio: בְּשִׂאָה בְּנַפְשׁ *Cum contemptu in animo, Ezech. 25, 15. id est, Summo & ignominioso contemptu, vel depopulatione. Sic, בְּשִׂאָה בְּנַפְשׁ* *Ezech. 36, 5. Aff. בְּכָל-שִׂאָתְךָ בְּנַפְשׁ* *In toto contemptu tuo ex animo, Ezech. 25, 6. Chaldaeus tribus hisce posterioribus locis צְפוּחַ* *Lætitiâ transfert.*

שָׂאָה Rogavit, Interrogavit, Petiit, Expetiit, Consuluit, Quæsiuit, Requisiuit, Percunctatus est. Item, Mendicavit. *Construitur cum Accus. & Præ-*

& Præposit. שׁאל את עבדיו ל. Præter. Interrogaverat servos suos, Gen. 44, 19. תים שׁאל מסך Vitam petuit à te, Ps. 21, 5. וְשׁאל לו Ut consulat illum, Num. 27, 21. וְשׁאל בקציר Et mendicat in aestate, Proverb. 20, 4. וְשׁאלך Et rogaverit te, Jud. 4, 20. quod est ex terminatione Tzere: וְשׁאלו לך לשלום Interrogabunt te pacis, hoc est, valetudinis causâ, I. Sam. 10, 4: id est, Pacificè te salutabunt: Vide & I. Sam. 25, v. 5. 2. Sam. 8, 10. Chald. Præt. שׁאל לנל חרטם Petiit ab ullo mago. Dan. 2, 10. Tunc interrogavimus, Esr. 5, 9. Futur. כר די וְשׁאלנכון Quicquid postulaverint, Esr. 7, 21. cum נ epenthetico. Niph. וְשׁאל Exorari, Precibus obtinere: Præter, cum Infin. וְשׁאלר נשׁאלר Expetendo expetivit David à me, I. Sam. 20, 28. id est, Obnixè petiit à me & obtinuit. Similem formam vide in וְשׁאלתי מן המלך. Precibus obtinui à rege, Nehem. 13, 6. Pih. Præt. וְשׁאלו Et petant, id est, mendicent, Ps. 109, 10. Fut. וְשׁאלו Interrogando interrogabunt, 2. Sam. 20, 18. Hiph. וְשׁאלר Mutuavit, Commodato dedit petenti. Præter, וְשׁאלתיהו ליהוה Et mutuo eum Domino, I. Sam. 1, 28. id est, Quem precariò ab ipso acceperam, nunc rursus ipsi sisto & confesco, ut ipsius minister sit, Futur. וְשׁאלום Commodato dederunt ipsis petentibus, Exod. 12, 36.

שׁאל c. Sepulchrum, Infernus. Sepulchrum autem sic à Petendo & Postulando dictum, quòd ore hiantè & dilatato, Jes. 5, 14. Hab. 2, 5. repleri expetat, unde & Insatiabile dictum, Prov. 27, 20. & 30, 16. Significat autem in genere Locum corporum humanorum post mortem; unde communiter pro Sepulchro, interdum etiam pro Inferno ponitur. Dicitur etiam de Loco infimo, qui altissimo opponitur, Job. 11, 8. Mascul. שׁאול ערום Nudum est sepulchrum, Job. 26, 6. id est, Abditissima & intima terræ pars, juxta Aben Efram, vel מרביו

הַאָרֶץ *Centrum ipsius terræ ipsi in aperto & proapatulo est: Fœmin.* **הַרְחִיבָה שְׂאוֹר נַפְשׁוֹ** *Dilatat sepulchrum animam suam: id est, seipsum, Jes. 5, 14.* Cum **ה** paragogico, **לְשֹׂאֵרָה** *In sepulchrum usque, Psal. 9, 18.* Et sic cum accentu in ultima præter morem, **שְׂאוֹרָה** *In sepulchrum, Genes. 37, 35.*

שְׂאוֹלָה *f. Petitio: שְׂאוֹלָה אֶחָת* *Petitionem unam ego peto abs te, 1. Reg. 2, 16.* **אֶת שְׂאוֹלָתִי** *Petitionem meam, 1. Sam. 1, 27.* Hinc contractum, **יִתֵן אֶת-שְׂלוֹתְךָ** *Det petitionem tuam, 1. Sam. 1, 17.* Et aliter, **תָּבוֹא שְׂאוֹלָתִי** *Eveniat petitio mea, Job. 6, 8.* Chald. **שְׂאוֹלָתָא** *Petitio, Postulatum, Dan. 4, 14.*

כָּל-מִשְׁאָלוֹתֶיךָ *f. p. Petitiones: Aff. כל-משאלותיך* *Omnes petitiones tuas, Psal. 20, 6.*

שְׂאוֹן *Pih. geminatâ tertiâ radicali, שְׂאוֹן* *Tranquillum esse, Tranquille agere: Præter. מוֹאֵב* *Tranquillus fuit Moab, Jer. 48, 11.* **מִפֶּחַד רָעָה** *Tranquillus erit à timore mali, Prov. 1, 33.* **שְׂאוֹנֵנוּ** *Tranquillè agent, Job. 3, 18.*

שְׂאוֹן *m. Tranquillus: נוֹה שְׂאוֹן* *Habitaculum tranquillum, Jes. 33, 20.* **וְשְׂאוֹנֵךָ** *Et tranquillitas tua, 2. Reg. 19, 28. id est, Insolentia, Ferocia, quam tranquillitas tibi parit. Vide & שָׂאָה.* Plural. **הוּי הַשְׂאוֹנִים** *Væ tranquillis in Tzione, Amos 6, 1.* Fœmin. **שְׂאוֹנֹת** *Mulieres tranquilla, Jes. 32, 9.*

שְׂאוֹן *m. Tranquillissimus, Job. 21, 23. cum epenthese ל, vel potius, ut Kimchi scribit in lib. Rad. est vox composita ex שְׂאוֹן & שָׁלוֹ, & notatur eo summè tranquillus, id est, tranquillissimus.*

שָׂאָה *Hausit, propriè aërem vel ventum, Anhelavit, Aspiravit; Metaphoricè, Absorbuit, Deglutivit. Præter. וְשָׂאָה* *Et exhaurit, absorbet, Job. 5, 5.* Cum Aff. **שָׂאֵפְנִי** *Absorbet me, anhelus persequitur ad de-*

deglutiendum me, Psal. 56, 2. **שָׁאוּ רוּחַ** *Haurient ventum*, Jerem. 14, 6. Partic. **וְאֶל-מְקוֹמוֹ שׁוֹאֵף** *Ad locum suum anhelat*, Eccles. 1, 5.

שָׂרָה Reliquum esse, Superesse: Præter. **עוֹר שָׂרָה** *Adhuc reliquus est minimus*, 2. Sam. 6, 1. Niph. **נִשְׂאָר** Reliquum, Residuum esse vel fieri, Relinqui: Superstitem manere, Remanere, Superesse: *Frequenter construitur cum Prepositione ב, quæ quandoque per E, Ex, explicanda est, Præter. הוּא לְבַדּוֹ נִשְׂאָר *Ipse solus est relictus*, Genes. 42, v. 38. cum Kametz propter pausam. Anomalum cum Epenthesi **וְנִשְׂאָר אָנִי** *Et reliquus fui ego*, Ezech. 9, vers. 8. pro **נִשְׂאָרְתִּי**. Kimchi in Comment. scribit esse compositum ex Præterito Niphal & Futuro Kal, quasi dicere Propheta voluerit: *Cum percutientibus illis videre vellem*, **מִי נִשְׂאָר** *quis reliquus maneret?* animadverti **אֲנִי כִּי אֲשָׂאֵר** *quod ego tantum reliquus essem.* Non dissimile vide in **שָׂרָה** in Hithpabel. **וְלֹא נִשְׂאָרוּ בָם** *Neque relinquerentur in eis, id est, ex eis duo pariter*, 1. Sam. 11, v. 11. Hiph. **הִשְׂאִיר** Reliquit, Reliquum, Residuum, Superstitem fecit vel reliquit: Præterit. **הִשְׂאִיר לוֹ** *Reliquerunt ei superstitem*, Numer. 21, 35. **וְהִשְׂאִיר אַחֲרָיו בְּרִכָּה** *Et relinquat post se benedictionem*, Joël. 2, 14. Futurum, **וְלֹא נִשְׂאָר בָּהֶם אִישׁ** *Ut non reliquum faciamus ex eis quenquam*, 2. Sam. 14, 36.*

שָׂרָה m. Reliquus, Reliquum, Residuum, Reliquiæ: *In constructione non mutatur*: **וְשָׂרָה עֵץ** *Et reliqua ligna*, Jesa. 10, vers. 19. **וְשָׂרָה** *Et residuum*, Jesa. 14, vers. 22. **וְשָׂרָה רוּחַ לוֹ** *Et (nonne) residuus spiritus ipsi?* Malach. 2, v. 15. Vide hic Rabbi Salomonem. Chald. **עִם שָׂרָה חֲכִימֵי** *Cum reliquis sapientibus* Babyloniæ, Daniel. 2, vers. 18. **וְשָׂרָה** *Et residuum*, Daniel. 7, 7.

שָׂאָר *m.* Caro, & generaliter, Alimentum: Item, Propinquus, Propinqua, de eadem carne vel sanguine existens, & sic eodem genere de utroque sexu dicitur. **אָכְלוּ שָׂאָר עָמִי** Comedunt carnem populi mei, Mich. 3, 3. **כָּל-שָׂאָר** Ad omnem propinquum carnis suae, Lev. 18, 6. **לְשָׂאָרוֹ** Propinqua patris tui est, v. 21, Aff. **שָׂאָרָה** Propinquo ejus, Num. 27, 1. **שָׂאָרָה** Alimentum ejus, Exod. 21, 10. id est, **מְוֹנָה** Alimentum, quod conservat Carnem ejus. Aben Esra hoc loco. Sic Chaldaeus, **וּשְׂאָרְךָ** Et corpus tuum, Prov. 5, 11. Sic reddunt propter praecedens nomen Carnis, cui synonymum est.

שְׂאֵרִית *f.* Propinquitas: **שְׂאֵרֵה הָנָה** Propinquitas sunt, Levit. 18, 17. id est, propinqua una alteri.

שְׂאֵרִית *f.* Residuum, Reliquiae: Semel scribitur contractè absque **א**, **יְשֵׁרִית**, I. Par. 13, 38. Aff. **וּשְׂאֵרִיתוֹ** Et residuum ejus, Jesa. 44, 17. Contractè ut antè, **וְרֵשִׁיתְךָ** Residuum tuum, Jerem. 15, 11. scribit cum **ו**, sed legendum per **ו** juxta Masorethas, Chirek sub **ת** est loco Sagol, pro **שְׂרִיתְךָ**. Simile vide in **פּוֹץ** inter Nomina.

מִשְׂאָרָה *fœm.* Mastra: Aff. **וּמִשְׂאָרְתֶּךָ** Et mastra tua, Deuter. 38, 5. Plural. **וּבְמִשְׂאָרוֹתֶיךָ** Et in mastras tuas, Exod. 8, 3.

שָׂאָר *masc.* Fermentum: **תִּשְׁבִּירוּ שָׂאָר מִבְּתֵיכֶם** Amovebitis fermentum è domibus vestris, Exod. 12, vers. 15.

שִׁבְבָ *m.* Fragmentum: Plural. **שִׁבְבִים** Fragmenta, Hof. 8, 6. Verbum **שִׁבַּב** Frangere, apud Talmudicos usitatum est.

שְׂבִיב *m.* Scintilla, quasi fragmen ignis dicta, Job. 18, 5. Chald. **שְׂבִיבָא דִּי נִירָא** Scintilla vel Flamma ignis, Dan. 3, v. 22. Plural. **שְׂבִיבֵין דִּי-נִיר** Scincillæ ignis, Dan. 7, 9.

- שָׁבַח** Captivum cepit, duxit, abduxit, deportavit, fecit, tenuit, detinuit. Præter **אֲשֶׁר** **שָׁבַח** Quem captivum abduxit, Jer. 14, 14. **שְׁבִית שָׁבִי** Captivam duxisti captivitatem, Psal. 68, 19. Particip. **שָׁבִים לְשָׁבִיהֶם** Captivos capient captivantes ipsos, Jes. 14, 2. Futur. per Apocopam, **וְיִשָּׁב מִמֶּנּוּ שָׁבִי** Et captivam fecit ex eo captivam turbam, Num. 21, 1. Niph. Præter. **כִּי נִשְׁבַּח** Quod captivus abduceretur, Genes. 14, 14. **נִשְׁבּוּ** Capti essent, 1. Sam. 30, 3.
- שָׁבוּ** m. Achates, lapis pretiosus, Exod. 28, 19. *Judæis Germanis Topazius est.*
- שָׁבִי** masc. Captivitas, Captiva turba, Captivorum multitudo: **שָׁבִי צְדִיק** Captiva turba justi, Jesa. 49, v. 24. **בַּשָּׁבִי יֵרְכוּ** In captivitatem ibunt, Jer. 22, 22. Aff. **מֵאֶרֶץ שָׁבִים** De terra captivitatis ipsorum, Jer. 46, 27. Cum Sægol sub schin, **שָׁבִיךְ** Captivitatem tuam, Jud. 5, 12.
- שָׁבִיָּה** f. Captiva, Jes. 52, 2.
- שָׁבִיָּה** f. Captivitas, ut antè, 2. Par. 28, 5.
- שִׁבְיָה** f. Idem: Constr. **שִׁבְיַת צִיּוֹן** Captivam multitudinem Tzionis, Psal. 126, 1. Formam habet à **שׁוֹב**, quasi Reducem captivam turbam dicas. Aliam significationem vide in **יֵשֵׁב**.
- אֶת-שְׁבוֹתֵנוּ שָׁבִיָּה** f. Captivitas: Numer. 21, 29. Aff. **שְׁבוֹתֵנוּ** Captivitatem nostram, Psal. 126, 4. scribitur cum וְ sed legitur per וּ: Plural. cum Aff. **שְׁבוֹתֵיךְ** Captivitatum tuarum, id est, multitudinis captivorum tuorum, Ezech. 16, v. 53.
- שְׁבוֹתֵךְ** f. Idem, Jer. 30, 3. Aff. **אֶת-שְׁבוֹתֵךְ** Captivitatem tuam, Deut. 30, 3. Quædam scribuntur per וּ in medio, sed legenda per וּ: **שְׁבוֹתֵךְ** Captivitatem tuam, Thren. 2, 41.

שבח Pih. שְׁבַח Laudavit, Laudibus celebravit :
 Item, Repressit, Compescuit : Præter. וְשִׁבַּחְתִּי
 אֲנִי Et laudavi ego lætitiã, Eccles. 8, 15. Fut. תִּשְׁבַּחַם
 Reprimis illos, Psal. 89, 10. & sic Prov. 29, 11. Chald.
 Præter שִׁבַּחְתָּ Laudasti, Dan. 5, 23. וְלַחֲיוֹ עֲלֵמָא שִׁבַּחְתָּ
 Et viventem perpetuum laudavi, Daniel. 4. v. 31.
 אֲנִי וְשִׁבַּחוּ לֵאלֹהֵי רַהֲבָא Et laudabant Deos aureos,
 Dan. 5, v. 4. Partic. מְשַׁבַּח Laudo, &c. לְמַלְכָּ שָׁמַיָא
 Regem cœlorum, Dan. 4, 34. ubi notanda constru-
 ctio cum Dativo. Hiph. Partic. מְשַׁבֵּחַ שְׁאוֹן יָמָיו
 Compescens strepitum marium, Psal. 65, 8. Hithp. Infin.
 בְּהַשְׁתַּבַּח בְּתַהֲלֻתְךָ Ad laudationibus commendandum
 nos in laude tua, Psal. 106, 47.

שִׁבַּח m. Laudans : Vim & usum habet Participii : שִׁבַּחְתִּי
 אֲנִי אֶת־הַמֵּתִים Laudabam ego mortuos, Eccles. 4, 2.

שֶׁבֶט c. sed m. sæpius, Virga, Baculus, Exod. 21, 23.
 Prov. 10, 13. Sceptrum : מִיִּחוּדָה לֹא יִסּוּר שֶׁבֶט מִיִּחוּדָה
 Non recedet sceptrum de Jehuda, Genes. 49, 10. id est,
 reges & regia autoritas, juxta triplex Targum & He-
 braeos veteres Talmudicos, Cod. Sanhedrin cap. 1. fol. 5.
 & Cod. Horajoth cap. 3. fol. 11. ac recentiores Kim-
 chium, R. Sal. Aben Efram. R. Abrahamum Hispanum,
 R. Tanchuma, R. Bechai, R. Mosche Ben Nachman, R.
 Fitzchack ben Arama Chaskuni sive R. Chiskia, quos
 ego vidi, unde frustra sunt, qui aliter interpretantur.
 Item, Tribus, Deut. 18, 1. Stylus, Calamus : מְשַׁבֵּיִם
 בְּשֶׁבֶט סֵפֶר Trabentes stylo scriba, Jud. 5, 14. id est,
 Scribentes בְּקוֹלְמוֹס Calamo scriptorio, ut Chaldaus
 transfert, estq; periphrasis poetica Scribarum, sive Docto-
 rum & Sacerdotum. מַאֲסַת שֶׁבֶט מַאֲסַת Virga spernens, Ezech.
 21, 10. ubi femin. Aff שֶׁבֶטוֹ Virgam suam, Prov. 13,
 7. 24. Plural שֶׁבֶטִים Tribus, Jos. 18, 2. Tela, Spicula,
 2. Sam. 18, 14. Constr. שֶׁבֶטֵי Tribus filiorum Israël, Jos.
 4, v. 8.

4, v. 8. Aff. **בְּשַׁבְּטָיו** *In tribubus ejus*, Psal. 105, 37.
Chald. **לְמִנְנֵן שְׁבַטֵי יִשְׂרָאֵל** *Secundum numerum tri-*
buum Israëlis, Efr. 6, 17.

שְׁבַט *m.* Schebhat, nomen Mensis undecimi, respondentis
Januario nostro, Zach. 1, 7.

* **שָׁבַךְ** *Quæ hinc esse possint, vide in* **שָׁבַךְ**.

שְׁבִיל *m.* Semita, Via : Aff. **וְשְׁבִילֶיךָ** *Et semita*
tua, Psal. 77, 20. *ubi legendum juxta Masore-*
thas, **שְׁבִילֶךָ** Plural. Constr. **שְׁבִילֵי עוֹלָם** *Semita seculi*, Jer. 18, 15.

שָׁבַל *m.* Idem : **חֲשָׁמֵי שָׁבַל** *Denuda (pedes) ad semitam*,
Jes. 47, 2. *Vide* 20, 2.

שְׁבִילָת *f.* Spica, Job. 24, 24. **סְבִילָת** *Idem*, Jud. 12, 6.
Item, Fluxus, Fluentum, Psal. 69 3 16. Plur. Fœm.
sub terminatione masculina, **שְׁבִילִים דְּקוֹרָה** *Spicae te-*
nues, Gen. 41, 5.

שְׁבִילִים *m. p.* Baccæ : Constr. **שְׁבִילֵי הַזֵּיתִים** *Dua bac-*
cæ olivarum, Zach. 4, 12.

שְׁבִירוֹל *m.* Limax, Psal. 58, 9. *In Cod. Talmud. Mohed.*
Katon capite 1. fol. 6. scribit Scholiastes ad locum
Psalmi : **שְׁבִירוֹל** *est reptile, quod cum egreditur è con-*
cha sua, saliva fluit ab ipso, donec planè lique scat &
moriatur. Et in Cod. de Sabbatho, cap. 8. fol. 77.

שְׁבִיסִים *m. p.* Reticula, ornamenta muliebria
capitis, juxta R. Salomonem, Jes. 3, 18.

שִׁבְעָה *f.* Septem, Septies : **שִׁבְעָה שָׁנִים** *Septem annos*,
Genes. 5, 7. **שִׁבְעָה** *Septies in die laudavi te*, Psal.
119, 164.

שִׁבְעָרָה *m.* Idem : *Item* Septimus, **שִׁבְעָה פְּרִים** *Septem*
juvencos, Num. 23, 29. **שִׁבְעָה שִׁבְעָה** *Septem septem*,
i. e. septena, Gen. 7, 2. **בְּשִׁבְעָה עָשָׂר יוֹם** *Septimo decimo*
die mensis, Gen. 7, 1. *Semel cum* **שִׁבְעָה** *epenthético*,
Job.

Job. 42, 13. Constr. לַשְׁבַּעַת הַיָּמִים *Septimo dierum, id est, Die septimo, Gen. 7, 10.* Aff. שְׁבַעְתִּים *Septem illi, 2. Sam. 21, 9. scribitur cum ו redundantante, & est quasi à separata forma שְׁבַעַת.* Dual. שְׁבַעְתִּים *Septies, Septuplum, idem quod שְׁבַע, inquit R. Salomon, ut apparet ex Jesa. 30, 26. Sic etiam, אַרְבַּעְתִּים Quadruplum, effertur numero duali, ut est in רַבַּע: forma autem dualis adhibetur ad differentiam numeri: Plural. שְׁבַעִים Septuaginta: שְׁבַעִים שָׁנָה Septuaginta annos, Genes. 5, 12. Chald. שְׁבַעַת עֲדָנִין Septem tempora: Dan. 4. v. 13. Constr. וְשַׁבְּעַת יַעֲטוּהִי Et septem consiliarios ejus, Esr. 7, 14.*

שְׁבִיעִי *m. Septimus: בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי Die septimo, Genes. 2, 2. Fœmin. וּבַשָּׁנָה הַשְּׁבִיעִת Et anno septimo, Lev. 25, 4 Semel etiam medio ו deficiente, Et יוֹבְשִׁבַעַת Et septimo, Exod. 21, 2.*

שְׁבִיעָה *m. Septimana, vel dierum, ut communiter, vel annorum, ut Dan. 9 Constr. שְׁבַעַת זֹאת Septimanam hujus, Gen. 29, 27. Dual שְׁבַעִים Septimanae duæ, Levit. 2, 6. Plur. שְׁבַעִים שְׁבַעַת Septimanæ septem, Dan. 9, v. 25 Constr. שְׁבַעִי vide mox infra. Fœmin. וַחַג שְׁבַעוֹת Et festum septimanarum facies, Exod. 34, vers. 22. Affix. בְּשַׁבְּעוֹתֵיכֶם In septimanis vestris, Num. 28, 26.*

נִשְׁבַּעְתִּי *Niph. Juravit: Præter. נִשְׁבַּעְתִּי לי Juravit mihi, Gen. 24, 7, נִשְׁבַּעְתִּי בִּי Per me juravi, Gen. 22, v. 16 Part. וַחֲנִשְׁבַּע בְּאֶרֶץ Et qui jurat per terram. Jesa. 65. v. 16. Hiph. הִשְׁבִּיעַ Adjuravit: Præter. cum Infinit. הִשְׁבִּיעַ הַשְּׁבַעַת Adjurando adjuraverat filios Israël, id est, Jurejurando obstinexerat. Exod. 13, 19. הִשְׁבַּעְתִּי אֲתֶכֶם Adjuro vos, Cantic. 7, 2.*

שְׁבֻעָה *m. Juramentum, Jusjurandum. Plur. Constr. שְׁבֻעוֹת לַחַם Juramenta juramentorum istis sunt, Ezech. 21, 23.*

שְׁבוּעָה f. Juramentum, Jusjurandum, Adjuratio: **בְּעָלֵי שְׁבוּעָה לֹא** Domini juramenti ipsi, id est, Conjurati, Neh. 6, 18. Constr. **וְשִׁבְעַת שָׁקֶר** Et juramentum falsitatis, Zach. 8, 17. Aff. **וְשִׁבְעַתוֹ** Et juramenti sui, Psal. 105, 19. Plural. **שְׁבוּעוֹת** Hab. 3, 9.

שָׂבַע Satiari, Saturari, Saturum esse. Præter. **וְשָׂבַע** Et comedet & saturabitur, Deut. 31, 20. **וְשִׁבְעַתָּם קָלוֹן** Saturaris ignominia, Hab. 2, 16. **שְׁבַעְהָ בָרַעוֹת נַפְשִׁי אֵתוֹ** Ut saturemini eo, Joël. 2, 19. **שְׂבֻרָתָא עֵסֵת מַלְיָא מֵיָמֵי** Saturata est malis anima mea, Psal. 88, 4. Pih. Imper. **נַפְשָׁם לֹא יִשְׂבְּעוּ** Saturanos, Ps. 90, 14. Futur. **נַפְשָׁם לֹא יִשְׂבְּעוּ** Animam suam non saturabunt, Exech. 7, 19. Hiph. Præter. **הַשְׂבִּיעַ נַפֶּשׁ שׁוֹקֵקָה** Satiat animam appetentem, Psal. 107, 9. Partic. **מִשְׂבִּיעַ לְכָל־הִי** Saturas omne vivens, Psal. 145, 16.

שַׁבַּע m. Satur, Gen. 25, 8. Constr. **שַׁבַּע יָמִים** Satur dierum, Gen. 35, 28. Plural. **שַׁבְּעִים** Saturi, 1. Sam. 2, 5. Foem. **נַפֶּשׁ שְׁבַעְהָ תְּבוּס נֶפֶת** Anima satura calcit favum, Prov. 27, 7.

שַׁבְּעָה m. Saturitas, Gen. 41, 28.

שַׁבְּעָה m. Idem, Exod. 16, 3. Aff. **שִׁבְעָה** Ad saturitatem tuam, Deut. 23, 24.

שְׁבַעְהָ f. Idem, Jes. 56, 11. Aff. **מִבְּלֹתַי שְׁבַעְתָּךְ** Eò quòd non esset sarietas tibi, Exech. 16, 28.

שְׁבַעְהָ f. Idem, Constr. **שְׁבַעְתָּ לֶחֶם** Saturitas panis, Exech. 16, 49.

שִׁבְצָה Pih. **שִׁבְצָה** Tessellatum, Ocellatum, Intertextum opus fecit: Præter. **וְשִׁבְצָתָּ** Et tessellatam facies, Exod. 28, 39. Pyh. Part. **מִשְׁבְּצִים זָהָב** Intexti, Impacti auro erant, id est, Fundis aureis insiti, v. 20.

שִׁבְצָה m. Ocellata chlamys: **כִּי אֶחְזִי הַשְׁבְּצָה** Quia detinuit me ocellata chlamys, 2. Sam. 1, 9.

שִׁבְצָה f. Ocellatio: Pala: Funda annuli: Plural,

מִמְטַצוֹת זָהָב *Fundis aureis*, Exod. 28, 11. זָהָב *Ex ocellationibus auri vestis ejus*, Ps. 45, 14.

תִּשְׁבֵּץ *m. Tessella, Ocellatio*: כִּתְנַת תִּשְׁבֵּץ *Tunica ocellationis*, Exod. 28, 4. *id est, Tessellata vel ocellata.*

שָׁבַק *Chald. Sivit, Reliquit, Dimisit, Remisit. Infin.* לְמִשְׁבָּק *Ad relinquendum*, Dan. 4, 23. *Imperat.* שְׁבִקוּ *Sinite*, Esr. 6, 7. *Ichpeh. Futur.* תִּשְׁתַּבַּק *Relinquetur*, Dan. 2, 44.

שָׁבַר *Fregit, Confregit, Diffregit, Effregit, Perfregit*: *Item, Vendidit, Emit, Comparavit annonam*; à *Nomine שָׁבַר Annona, quasi Annonare dicat.* *Præterit.* שָׁבַר יְהוָה *Fregit Dominus*, Jesa 14, 5. *Infin.* לְשָׁבֹר אֶל-יוֹסֵף *Ut emerent à Josepho*, Gen. 41, v. 57. *ubi אֶל est pro יָמָן aut est transpositio verborum, pro, Venerunt ad Josephum ut emerent.* *Imp* שְׁבִירוּ לָנוּ *Emite, Comparete nobis*, Gen. 43, 2. *Fut.* וַיִּשְׁבַּר לְמִצְרַיִם *Et vendidit Egyptiis*, Genes. 41, 56. *Cibarium emetis ab eis*, Deut. 2, 6. וְאֵתוּ תִשְׁבְּרוּ *Illud confringetis*, Levit. 11, 33. *Niph. Præter.* כִּי נִשְׁבַּר שֵׁבֶט *Quòd confracta fuerit virga*, Jes. 14, 29. נִשְׁבַּרְתִּי אֶת־ *Fractus sum ab animo ipsorum*, Ezech. 6, 9. *ubi אֶת est loco מִן scribit Kimchi. Pih. Præter.* שָׁבַר וַיִּלְתּוֹת *Effregit valvas*, Psal. 107, 16. *Part.* מִשְׁבַּר סִלְעִים *Confringens petras*, 1. Reg. 19, 11. *Hiph.* הַשְׁבִּיר *Vendere Partic.* וּבִרְכַּח לְרֹאשׁ מִשְׁבִּיר *Et benedictio erit super caput vendentis*, Prov. 11, 26. & sic Gen 42, 6. *Futur.* הֲאֵנִי אֲשָׁבֵר *An ego effringerem matricem?* Jes. 66, 9. *Ad partum aperirem. Significatio à Nomine petita est, quod Os matricis significat*: אֶכֶל בְּנֵסֶף תִּשְׁבְּרָנִי *Cibum pro argento vendas mihi*, Deut. 2, 28. *ubi Affixum est pro pronom. separato, pro תִּשְׁבִּיר לִי. Hoph. Præter.* הִשְׁבַּרְתִּי *Confractus sum*, Jer. 8, 1.

שָׁבַר *m. Fractura, Fractio, Confractio, Con-*
tritio &

- tritio : Item Annona, Gen. 42, 1. 19. quasi famis Fractura dicta, ut & aqua sive potus dicitur Frangere sitim, Ps. 104, 11. Metaphoricè Explicatio, Enuclatio, quasi rei aut quæstionis difficilis Fractio & solutio : Aff. וַאֲתָ שִׁבְרוּ Et pecuniam annonæ ejus, Gen. 44, 2. וַאֲתָ שִׁבְרוּ Et interpretationem ejus, Judic. 7, 15. Plural. מִשְׁבְּרִים Nomen proprium loci, Jos. 7, 5. Propter confractiones, Job. 41, 16. id est, pericula & calamitates. Aff. רְפָה שִׁבְרֵיהָ Cura fracturas ejus, Psal. 60, 4. Caterùm Grammatici quidam Rabbiorum Chibrek breve vocant שִׁבְרָה ut Aben Esra Num. 35, 19.
- שִׁבְרוּ m. Fractio, Contritio, Jerem. 17, v. 18. Constr. בְּשִׁבְרוֹן מַתְנִים Cum fractione lumborum, Ezech. 21, 6.
- מִשְׁבֵּר m. Matrix, Os matricis, 2. Reg. 19, v. 3. juxta Kimchium ; Chaldæus & R. Salomon Sellam parturientis explicat. Dicitur sic à Frangentibus doloribus, qui tum mulieri parienti, tum ipsi fœtui in articulo partus obveniunt.
- מִשְׁבֵּר m. Idem. Constr. בְּמִשְׁבֵּר בָּנִים In matrice filiorum, Hos. 13, 13. id est, ore matricis : Plural. מִשְׁבְּרִים Fluxus, sic dicti, quòd se mutuo, vel etiam naves confringant : Constr. מִשְׁבְּרֵי מוֹת Fluxus mortis, 2. Sam. 22, 5. Aff. כָּל מִשְׁבְּרֵיךָ Omnes fluxus tui, Jon. 2, 4.
- שִׁבֵּר Pih. Speravit, Spectavit, Exspectavit, Exspectationem habuit : construitur cum Prepositione. אֶל vel לְ. Præter. שִׁבְרָתִי לִישׁוּעָתָךְ Exspecto salutem tuam, Psal. 119, 166. Futur. אֶלֶיךָ יִשְׁבְּרוּ Ad te spectant, Psal. 145, 15.
- שִׁבֵּר m. Exspectatio : Aff. שִׁבְרוֹ Cujus exspectatio, Psal. 146, 5. מִשְׁבְּרִי Ab exspectatione mea, Psal. 119, 116.
- שִׁבֵּשׁ Chald. Perplexum, Attonitum reddi, Obstupescere, Conturbari : Ithpah, Particip. Plural. מִשְׁתַּבְּשִׁין Attoniti, Dan. 5, 9.

נִשְׁבַּת Quievit, Cessavit : Præter. **כִּי בּוֹ-שֶׁבֶת** Nam
in illo quievit, Gen. 2, 3. **שָׁבַת מְרַהֲבָה** Cessa-
 vit aurea, *Jes. 14, 4.* Futur. **וַיִּשְׁבַּת** Et quievit, *Gen. 2,*
v. 2. Niph. **וְנִשְׁבַּת מִבְּצָר** Et cessabit munitio, *Jes. 17, 3.*
וְנִשְׁבַּתוּ גִדְלוֹיֵכֶם Et cessabunt stercorea idola vestra,
Ezech. 6, 6. Hiph. **הִשְׁבִּית** Cessare fecit vel sivit, Abo-
 levit, Sustulit, Amovit, Removit Summovit : Præter.
וְהִשְׁבִּית אֶת-הַבְּמֵרִים Et abolevit atratos sacrificulos,
2. Reg. 23, 5. **וְהִשְׁבִּיתִי גֵּאוֹן זֵדִים** *Faciámq̄, ut cesset fastus*
superborum, Jes. 13, 11. Futur. **וְאִשְׁבִּיתָהּ מֵאַנּוֹשׁ וּבְכָרָם**
Et faciam ut cesset è mortalibus memoria ipsorum, Deut.
32, v. 26.

שַׁבָּת c. Cessatio, Requies, Sabbathum : *Dies septimus*
hebdomada, Cessationi ab operibus destinatus, & synec-
dochicè Septimana, à septimo die appellata : Quater le-
gitur שַׁבָּת ut tradit Masora, Lev. 25, 6. **שֹׁמֵר שַׁבָּת** Cu-
 stodiens sabbathum, *Jes. 56, 2.* Const. **וְהָיְתָה שַׁבָּת הָאָרֶץ**
Eritq̄, requies terræ, Lev. 25, 6. Aff. **שַׁבָּת בְּשַׁבָּתוֹ** Sab-
 bathi in sabbatho suo, *Num. 28, 10.* ubi prius in Pathach
 desinit cui simile **שַׁבָּת שַׁבָּת** Sabbatho sabbatho, id est,
 unoquoque sabbatho, *1. Par. 9, 32.* **וְשַׁבָּתָהּ** Et sabbathum
 ejus, *Hos. 2, 11.* Plural. **שַׁבָּתוֹת** Sabbatha, Septimane :
 Constr. **שַׁבָּתוֹת שָׁנִים** Septimanas annorum. *Lev. 25, 8.*
 Aff. **אֶת-שַׁבָּתֶיהָ** Sabbatha sua, *Lev. 26, 34.*

שָׁבַת m. Cessatio, **שַׁבַּת מְרִיב** Cessatio à lite, *Prov. 20,*
v. 3. **שָׁבַת** Cessatio, *Jes. 30, 7.* Possint hæc etiam esse
 Infinitivus à **שָׁב**, Sedere, Manere : Aff. **שַׁבָּתוֹ** Cessatio-
 nem ejus, *Exod. 21, 19.*

שַׁבָּתוֹן m. Quies, Requies, Cessatio : **שַׁבָּתוֹן קָדֵשׁ**
Quies sabbathum sanctum erit, Exod. 6, 23. **שַׁבָּתוֹן**
Sabbathum quietis, Exod. 35, 2.

מִשַׁבָּתִים m. pl. Cessationes. Aff. **עַל מִשַׁבָּתֶיהָ** Propter
 cessationes ejus, *Ihren. 1, 7.*

שָׁגַח Chald. Crescere, Multiplicari, Augeri :
 Futur. לְמָה יִשְׁגָּח Ad quid cresceret? Esrae
 4, v. 22. שְׁלֹמֹן יִסְגָּח Pax vestra multiplicetur, Dan.
 3, v. 30. Quaedam exemplaria illic שׁ habent loco ם.
 Hinc Hebraicè Futurum, יִשְׁגָּח Crescit, Augetur, Job.
 8, v. 7. 11. Pih. geminatis literis, Futur. תִּשְׁגָּחֵנִי Fa-
 cies ut crescat vel adolescat, Jes. 17, 11. Hiph. Præt.
 הִשְׁגִּיחוּ Auxerunt, Psal. 73, 12. Partic. מִשְׁגִּיחַ Augens,
 Job. 12, 23. Futur. תִּשְׁגִּיחַ Amplificabis, Job. 36, 24.
שָׁגַח m. Amplus, Job. 36, 26. Chald. וְיִקַּר שְׁגִיחַ Et
 gloriam multam, Dan. 2, 6. Plural. מִתְּנֵן רַבְרָבִין שְׁגִיחִין
 Munera magna & ampla, Dan. 2, 48. Et adverbiali-
 ter, שְׁגִיחַ בְּאֵשׁ Vehementer malum visum fuit, vel
 displicuit, Dan. 6, 14. שְׁגִיחַ מִתְּבַהֵל Valdè conturba-
 tus fuit, Dan. 5, 9.

שָׁגַב Exaltari, Extolli, Altum, Editum esse : Ro-
 borari, Roburum esse : Præter. שָׁגְבוּ יִשְׂרָאֵל
 Extollantur salve, Job. 5, 11. אֲשֶׁר שָׁגְבָה מִפְּנֵינוּ Quæ
 robrior nobis fuerit, Deut. 2, 36. Niph. Præt. וְנִשְׁגַּב
 Editusq; erit, Jes. 2, 11. Particip. נִשְׁגַּב שְׁמוֹ Exalta-
 tum est nomen ejus, Jes. 12, 4. Pih. Futur. אֲשָׁגְבֶהוּ
 Extollam, vel Roborabo eum, Psal. 91, 14. Pyh. Fut.
 יִשְׁגַּב In edito collocatur, Prov. 29, 25. Hiph. Futur.
 יִשְׁגִּיב בְּכַחוֹ Roborat, Extollit virtute suâ, Job. 36.
 vers. 22.

מִשְׁגָּב m. Locus editus, Munitio, Arx edita : מִשְׁגָּב
 לָנוּ Locus editus est nobis, Ps. 46, 8. Const. הַמִּשְׁגָּב
 Locum editum murorum tuorum, Jes. 25, 12. Aff. מִשְׁגָּבִי
 Munitio edita mea, Psal. 59, 10.

שָׁגַג Erravit: Præt. אֲשֶׁר שָׁגַגְתָּ Super errore
 quo erravit, Lev. 5, 18. Part. אֲנִי שָׁגַגְתִּי Ego errabam,
 Ps. 119, 67. Fœm. הַשְׁגָּגַת Quæ erravit, Num. 15, 18.
שָׁגַגְתִּי f. Error, peccatum ex ignorantia, Num. 15, 28.

מְשׁוּגָה *f. Idem: Aff. אָתִי תֵלִין מְשׁוּגָתִי Mecum morabitur error meus, Job. 19, 14. quod formam à שׁוּגָה habet.*

שָׁגָה Erravit, Aberravit, Oberravit: Præterit. וּמָה שָׁגִיתִי *Et in quo erraverim, Job 6, 24.*

Partic. וְכֹל־שָׁגָה בּוֹ *Et quisquis oberrat in eo, Prov. 20. v. 1. Hiph. Particip. מְשָׁגָה עֵוֶר Errare faciens cæcum, Job. 12, 16.*

מִשְׁגָּה Error, Gen. 43, 12.

שְׁגִיאוֹת *f. p. Errores: שְׁגִיאוֹת מִי יִבִּין Errores quis intelligit, Psal. 19, 13.*

שְׁגִיּוֹן *m. Cantio erratica, Ps. 7, 1. id est, Varia, quæ omnibus rationibus musicæ decantabatur simul. Vocabulum musicum est, cujus ratio Hebræis ignota: Plur. Fœmin. שְׁגִיּוֹנוֹת Oda erratica vel mixta, Hab. 3, 1.*

* שְׁגָא *Vide supra in שָׁגָה.*

שָׁגַח Hiph. הִשְׁגִּיחַ Prospexit, Respexit, Consideravit: Præter. הִשְׁגִּיחַ Prospexit in omnes habitatores terra, Psal. 33, 14. Part. מִשְׁגִּיחַ מִן־הַחַלּוֹנוֹת Prospiciens è fenestris, Cant. 2, 9. Futur. אֵלֶיךָ יִשְׁגִּיחוּ Ad te respicient, Jes. 14, 16.

שָׁגַל Vitiare, Violare mulierem. Verbum est Hebræis actum Venereum propriissimè denominans, ac proinde pronunciatu obscœnum in communi sermone ipsis habitum. Unde Masorethæ Verbum שָׁכַב Cubuit, Concubuit, pro eo legendum substituerunt, quomodo Germani dicunt *Beyschlaffen, Beysligen. Similem correctionem vide infra in שָׁיַן. Vide Rambam in More p. 3. c. 8. circa finem. Futur. יִשְׁגַּלְנָה Vitiabit eam, Deuter. 28, 30. legendum יִשְׁכַּבְנָה Cubabit cum ea. Niph. Futur. וְנִשְׁגַּלְנָה Et fœminæ eorum vitiabuntur, legendum תִּשְׁכַּבְנָה Concubitu violabuntur, Jesa. 13. v. 16. Item Zach. 14, 2. Pyh. Præter. אֵיפֹה לֹא שָׁגַלְתְּ Ubi non fueris vitiata; legendum שָׁכַבְתְּ Jerem. 3. vers. 2.*

שָׁבֵל f. Conjux, Uxor appellatione honesta, ut Sponsæ vocabulum Germanis, cujus Verbum obscœnum. Dicitur autem tantum de Augusta sive regina aut regia conjuge: **נֹצְבָה שָׁבֵל** Assistit conjux ad dexteram tuam, Psal. 45, vers. 1. Vide etiam Nehem. 2, v. 6. & utrobique in Venetis magnis scribitur cum Pathach. Chald. Plural. cum Aff. **שָׁבֵלְתָהּ וּלְחֵתָהּ** Uxores ejus, & concubinæ ejus, Daniel. 5, vers. 2. **שָׁבֵלְתֶךָ** Uxores tuæ, v. 23.

שָׁנַע Pyh. Partic. **מִשָּׁנַע** Amens, Demens, Deut. 28, v. 34. Plural. **חָסַר מִשָּׁנַעִים אָנִי** Careone amentibus ego? 1. Sam. 21, 15. Hithp. Partic. **מִשָּׁנַעַע** Infanum, Amentem agens, 1. Sam. 21, 14. Infin. **לְהַשָּׁנַעַע** Ut amentem agit coram me, v. 15.

שָׁנַעַן m. Amentia, Deut. 28, 28.

שָׁנַר m. Fœtus: propriè Emissum vel Emissio. Nam Verbum **שָׁנַר** in Targum & apud Rabbinos est Mittere, Emittere: Constr. **שָׁנַר אֶלְפֵיךָ** Fœtuum tuorum, Deut. 7, 13.

שָׁנַר m. Idem: **כָּל-בֶּטֶר שָׁנַר בְּהֵמָה** Omnem apertionem fœtus jumenti, Exod. 13, 12. id est, Omnem primogenitum fœtum.

שָׁדַד masc. Mamma: **חִלְצוּ שָׁדַד** Extrahunt mammam, Thren. 4, 3. id est, Extractam præbent; metaphora à lactantibus. Dual. **יוֹגְקֵי שָׁדַיִם** Sugentes ubera, Joël. 2, 16. Constr. **שָׁדַי אִמִּי** Ubra matris meæ, Cant. 8, 1. Aff. **בֵּין שָׁדַי** Inter ubera mea, Cant. 1, 13.

שָׁדַר m. Idem, Jes. 60, 16. **מִשָּׁדַר** Ab ubere, Job. 24, v. 9. Aliam significationem vide in seq. Rad.

שָׁדַר Vide in seq. Rad.

שָׁדַד Vastavit, Devastavit: Præter. **וְשָׁדְדוּ אֶת-נְאוֹן** Et vastabunt fastum Egypti, Ezech. 32, v. 12. **אֲשֶׁר שָׁדְדָנִי** Qui vastarunt me, Psal. 17, 9. Futur. in

Schurek loco Cholem, **ישוד** *Vastabit*, Psal. 91, 6. *Vide simile in רנן* Cum: Aff. **ישדם** *Vastabit eos*, quod legitur **ישדם** *Prov.* 11, 3. Niph. Præter. **שדור נשדנו** *Vastando vastati sumus*, Mich. 2, 4. Kibbutz est loco Cholem. Pih. Part. **משדד אב** *Devastans patrem*, *Prov.* 19, 26. Futur. **ישדד מצבותם** *Vastabit statuas eorum*, *Hos.* 10, v. 2. **ישדרם** *Vastabit eos*, *Jer.* 5, 6. ubi Cholem propter Affixum correptum est. Pyh. Præter. **שדד** *Vastatus est*, *Jes.* 15, 1. Fœmin. **שדדה** *Vastata est Nineve*, *Nab.* 3, v. 8. Hoph. Futur. **ושדד מבצריך וישד** *Et quæque munitionum tuarum vastabitur*, *Hos.* 10, 14.

שד *m.* *Vastator*, *Jes.* 16, 4. *Et substantivè, Vastitas, Vastatio*, *Jes.* 22, 4. *Hos.* 7, 13. *Aliam significationem vide in precedenti Rad.*

שד *m.* *Dæmon*, quasi *Vastator* dictus: Plur. **ישדדו** *Sacrificaverunt dæmonibus*, *Deut.* 32, 17.

שדד *f.* *Symphonia*, sic dicta, quod voces pares & impares, soni contrarii & similes, se ita invicem gratâ mixturâ & temperamento frangant & *Vastent*, ut inde concinnum melos concordiaq; discors oriatur: **שדדה ושדות** *Symphoniam & symphonias*, id est, omnis generis symphonias, *Eccles.* 2, 8. Hanc *Kimchi* in lib. *Radicum omnibus aliis interpretationibus præfert.*

שדי *m.* *Præpotens, Omnipotens*, *Gen.* 17, 1. *Est unum ex Nominibus Dei à potentia ejus desumptum. Quâ enim potentiâ omnia creavit, eâdem omnia Vastare & in nihilum redigere potest. Vide Pirke Rab. Elieser cap. 3. Hinc & Judæi in versione Hebræo-Germanica Allmächtig reddunt. LXX. in hunc sensum sæpè reddiderunt παντοκράτωρ & Job. 8, 3. ὁ τὰ πάντα ποιῶν. Aben Esra תקיף Fortem, Potentem explicat. Rab. Salomon vult illud idem esse quod די Sufficiens, ad omnia scilicet præstanda, & qui talis, is rectè etiam dicitur Omnipotens. Vide די.*

שדר Pih. **שדר** Occavit: Futur. **ישדר עמקים** An occaret valles, Job. 39, 13. **וישדר אדמתו** Occabit terram suam, Jes. 28, 24.

שדים Siddim, Nomen proprium vallis, Gen. 14, 3.

שדה m. Ager, tam cultus & sativus, quam pascuosus, ut scribit Kimchi, Jos 8, 24. Uterque habitationi hominum inservit: unde & pro Terra aliqua vel regione sumitur, quam homines incolunt. **אל-שדה טוב** In agro bono, Ezech. 17, 8. Constr. **בשדה מואב** In agro Moab, Gen. 37, 35. Aff. **בקצה שדהו** In extremitate agri sui, Gen. 23, 9.

שדך Agrum tuum non seres, Lev. 19, 19. Est **שרי** & **שדה** juxta Kimchium, Psal. 96, 12. Jes. 56, 9. Similem formam vide in **חרר** in **חר**: Plural. **שדים** unde Constr. **על-שדי חמד** Super agros desiderii, Jes. 32, 12. Aff. **לך על-שדיך** Ito in agros tuos, 1. Reg. 2, 26. Foem. **ומן חשרת** Et de agris, Exod. 8, 13. Constr. **ומשרות** Et de agris Gebah, Nehem. 12, v. 29. Aff. **בשרתם** In agris eorum, Nehem. 11, 25.

שדמ **שדמה** f. Ager, Arvum uredine tactum, Jesa. 37, 27. idem quod **שדפה** 2. Reg. 19, 26. per commutationem **פ** & **מ**, quæ sunt literæ homogeneæ, ut Hebræi scribunt: Pluraliter in genere sumitur pro Agris vel Arvis, sive frumentum sive vinum proferant; unde & Vites significat. Ob generalem hunc usum masculinè usurpatur: **ושדמות לא עשה אכל** Et agri non fecit cibum, Hab. 3, 17. id est, Nullus agrorum. Constr. **שדמות השבון** Vites Chesbon, Jesa. 16, 8. R. Salom. Arva, Agri, & sic quoque Deut. 32, 32. accipit.

שדף **שדפות** Adustæ, Uredine-tactæ, Genes. 41, 27. Item v. 6. Est Participium Pabul.

שדפה f. Adustæ, Uredo segetum, 2. Reg. 19, 26.

שדפון m. Idem, 1. Reg. 8, 37.

שָׂרַר Chald. *Mittere* : Ichpah. **הַשְׂתַּרְר** Conari, *Satagere, Contendere, Operam dare, & ponitur pro הַשְׂתַּרְר* quod propriè illud significat, ל & ר inter se permutatis, scribit Elias in suo Methurgeman. Partic. **הָיָה מְשַׂתַּרְר** Erat satagens, Dan. 6, 14.

אֲשַׂתְּרוּר m. *Conspiratio, Rebellio* : **עֲבְרִין** Conspirationem faciunt, Efr. 4, 15. Rectum est, scribit Kimchi in lib. Radicum, esse hoc ex significatione *Mittendi* : Nam rebellare conantes frequenter & inter se, & ad eum, ad quem deficere volunt, vel à quo auxilium sperant, nuncios Missitant.

* **שָׂרַר** שְׂרָרוֹת שָׂרַר *vide in שָׂרַר*.

שָׂרָה c. sed m. *sapiens, Pecus, parva propriè, & sepè est singulare, Agnus, Hædus. Radix est שׂוּה*, **בַּל-שָׂה** pro **שׂוּה** formæ **גִּנְאָה**. *Simile ipsi פֶּה* Os : **שָׂה** **שָׂה פְּזוּרָה** *Omniem pecudem punctis respersam, Genes. 30, 32. Agnus integer, Exod. 12, 5. Fœm. שָׂה פְּזוּרָה Pecus dispersa, Jer. 50, 17. Constr. שָׂה בְּשָׂגִים Pecudes ovium, & ושָׂה עֲזִים pecudes caprarum, Deuter. 14, 14. Aff. אֶת-שׂוּה Pecudem ejus, Deut. 22, 1. שׂוּה Pecus suum, 1. Sam. 14, 33. Hinc videtur esse שָׂה pro שׂוּה formæ גִּנְאָה.*

שָׂהַר m. *Testis, Testificator* : Affix. **וְשָׂהַרִי** *Et testificator meus in excelsis est, Job. 16, 19. Diversimodè in exemplaribus punctatum est. Quædam habent שָׂהַרִי quasi à שָׂהַר : alia שָׂהַרִי quasi à שָׂהַר formæ קָדַשׁ. Præstat שָׂהַר formæ אֶבֶר*. *Origine Chaldaicum est : nam שָׂהַר Testari, in Targum frequens & inde Nomen sequens.*

שְׂהָרוֹתָא f. Chald. *Testimonium* : **יְגַר שְׂהָרוֹתָא** *Acer-vus testimonii, Genes. 31, 47. Nomen proprium cumuli lapidum, quem Laban Syrè vel Chaldaicè sic appellavit.*

שַׁהָרִים m. Sardonyx, lapis pretiosus, Exod. 25, 7.
Quibusdam Onyx est.
 * **שָׁהָרִים** Vide in שָׁהָר.

שְׁוֵא m. Vanitas, Vanum, Falsitas, Falsum, Mendacium: *Et adverbialiter, Frustrà, In vanum:*
שְׁוֵא אל יאמן בשו *Ne credat vanitati, nam vanitas erit compensatio ejus, Job. 15, 31. prius scribitur defectivè absque א :* **שְׁוֵא** על *Testimonium falsitatis, Deut. 5, 20. לשווא* In vanum, Exod. 20, 7. Vide & Jer. 2, 30. Kimchi monet esse formam **שְׁוֵא** & dicendum **שְׁוֵא** sed ultima vocalis correpta in Scheva, ut in **שְׁוֵא** Peccatum, pro **שְׁוֵא**.

שׁוּב Reverti, Redire, Convertere se, Converti: Avertere se vel Averti, Recedere, Retroagi, pro diversa structura. Construitur absolute & cum Praepositione, **שׁוּב** אל ימן vel **שׁוּב** אחרי ימן vel **שׁוּב** מאחרי ימן quibus Motus vel ad aliquem, vel ab aliquo, significatur. Sapè etiam transitivum est, Restituit, Reduxit, Redire fecit. Sunt & qui interdum pro Quietem esse, Requiescere exponunt, ut Psal. 23, 6. Num. 10, 36. Ante aliud Verbum continuò positum, significat Iterationem actionis, quæ isto verbo exprimitur, & per Rursus, Rursum, aut, Denud, explicari potest. Id fit vel simpliciter, vel intercedente copulâ Vau. Vide Dan. 9, 25. Zach. 5, 1. & 6. v. 1. Psal. 85, 7. Præter. **שׁוּב** את-שבות Restituit captivitatem, Job. 42, 10. & sic Soph. 2, 7. **שׁוּב** שבת שבות Reduxeras captivam turbam, Psal. 85, 2. **שׁוּב** ושבתי בשלום Reversusq; fuero in pace, Genes. 28, 21. **שׁוּב** אversi estis, Num. 14, 43. Fœmin. **שׁוּב** לנשיא Et revertetur ad principem, Ezech. 46, 17. in ת ad formam Chaldaicam. Simile vide in **שׁוּב** איך. Infinit. **שׁוּב** יחיה In reducere, hoc est, Quùm reduceret Dominus, Psal. 126. v. 1. **שׁוּב** Quùm avertit se justus מצדקתו à justitia sua, Ezech. 18, 26. Futur. **שׁוּב** ולא ישׁוּב אם Si conver-

convertatur, nonne revertetur? Jer. 8, 4. id est, Si populus convertatur à malitia sua, annon convertetur etiam Deus ab ardore iræ suæ? Kimchi & R. Salomon. Pih. שׁוּבָה Reverti fecit, Convertit, Restituit, Reduxit: Avertit, Pervertit, Perversum reddidit: Præter. וְשׁוּבָתִי אֶת־יִשְׂרָאֵל Faciam ut revertatur Israël, Jos. 50, 19. שׁוּבָתְךָ Perversum reddidit te, Jesa. 47, 10. Partic. מְשׁוּבָב נְתִיבוֹת Restituens semitas, Jos. 58, 11. Futur. נַפְשִׁי יָשׁוּבָה Animam meam reverti facit, Psal. 23, 3. id est, Recreat, revocat, quietam efficit: תְּשׁוּבָה Redire facias nobis benevolentiam tuam, Ps. 60, 3. Pyh. Partic. מְשׁוּבָבֵת מִחֶרֶב Reducem à gladio, Ezech. 38, 8. id est, Cujus habitatores reversi sunt ex captivitate, in quam deportati erant gladio inimici, R. Salom. In eundem sensum Chaldaeus. Hiph. תְּשׁוּבָה Redire, Reverti fecit, Reduxit, Retulit, Reportavit, Reposuit; Reddidit, Restituit, Rependit; Retorsit, Retudit; Convertit, Avertit, Respondit. Præter. וּרְכָשׁוֹ הָשִׁיב Et facultates illius reduxit, Genes. 14, 16. הָשִׁיב עֲלֶיךָ Convertit in te, 2. Sam. 6, 18. וַחֲשַׁבְתָּ אֶל־לִבְּךָ Reducas in animum tuum, Deut. 4, 39. וְהִשְׁבַּתִּי אֶתְכֶם דְּבַר Et reddam vobis verbum, Num. 22, 8. id est, Respondebo. Constructio cum Accus. personæ: sic Jos. 14, 7. & sæpè cum Aff. וְהוֹשְׁבֹתִים Et tranquillè collocabo eos, Zach. 10, 6. composita vox ex תוֹשְׁבַתִּי à יוֹשֵׁב & hinc תְּשׁוּבָתִי Hoph. Præter. הוֹשֵׁב בְּסִפִּי Redditum est argentum meum, Gen. 42, 28. Partic. וְאֶת־הַכֶּסֶף הַמּוֹשָׁב Et pecuniam restitutam, Gen. 43, 12. Futur. וַיּוֹשֵׁב Et reductus est Moses, Exod. 10, 8. (שוב Adhuc, Amplius, Præterea, Porrò, apud Rabbinos.)

שׁוּבָה f. Reversio, Quies, juxta quosdam, Jos. 30, 15.

שׁוּבָה Vide in שָׁבָה.

שׁוּבָה m. Aversus, Jos. 57, 17. Plural. בָּנִים שׁוּבָבִים Filii aversi, Jer. 3, 14. הַבַּת הַשׁוּבָבָה O filia aversa,

aversa, Jer. 31, 22. cum Tzere sub ב, quasi à masc. שׁוּבָב.

מְשׁוּבָה f. *Aversa, Jer. 3, 12. Et substantivè, Aversio, Jer. 8, 5. Constr. מְשׁוּבַת פְּתוּיִם Perversitas fatuorum, Prov. 1, 32. juxta Chaldaum: vel juxta Aben Esram & R. Levi, Requies, otiosa prosperitas, quâ ad nova peccata subinde alliciuntur: Aff. לְמְשׁוּבָתִי Ad aversionem meam, Hos. 11, 7. id est, Propter aversionem à me, ubi Ab. Esra scribit: לַגְּנָאִי לְעוֹלָם id est, Vocabulum מְשׁוּבָה semper ignominiosè accipitur, id est, non conversionem in bonum, sed aversionem in malum significat. Plur. מְשׁוּבַתֵּיהֶם Aversiones ipsorum, Jer. 5, 6.*

תְּשׁוּבָה f. *Reditus, Regressio, Responsio: Constr. לְתִשׁוּבַת הַשָּׁנָה In reditu anni, 2. Sam. 11, 11. id est, Anno vertente: Plur. cum Aff. וְתִשׁוּבַתֵיכֶם Et responsiones vestrae, Job. 21, 34. Rabbini etiam est Resipiscentia.*

שׁוּב Canescere: *Præter. וְקִנְיִתִי וְשִׁבְתִי Senui & incanui, 1. Sam. 12, 2.*

שָׁב masc. *Canus, Job. 15, 10. Chald. Plural Emphat. שְׂאֵלְנָא לְשָׁבִיָּא Interrogavimus seniores illos, Esr. 5. v. 9. Construct. עַל שְׁבֵי יְהוּדִיָּא Super senes Judæorum, vers. 5.*

שִׁיב m. *Canicies: Aff. מִשִּׁיבוֹ Propter caniciem ejus, 1. Reg 14, 4. Fem. מִתְּנִי שִׁיבָה תְּקוּם Coram canicie assurgito, Lev. 19, 32. Aff. אֶת שִׁיבָתוֹ Caniciem ejus, 1. Reg. 2, 9. Kimchi ad locum Samuelis scribit, הַשִּׁיבָה יוֹתֵר מִהוֹסְנָה Canicies plus est quàm senectus. Nam ut in פְּרָקֵי בְּנֵי שְׁשִׁים Capitulis Patrum, c. 5. scribunt; בֶּן שְׁשִׁים לְשִׁיבָה Filius sexaginta annorum ad senectutem, filius septuaginta annorum ad caniciem pervenit. Postea fit יִשִּׁיט Decrepitus.*

* **שׁוּב** Vide in סוּג.

* **שׁוּב** Vide in שׁוּר.

שוד Linere, Oblinere: Præterit. וְשָׂדָתְךָ אוֹתָם בְּשֹׂדֵד Et oblines eos calce, Deut. 27, 4.

שיר m. Calx, ut in præced. loco, & Amos 2, 1.

שוה Æquari, Adæquari, Æqualem esse: Utile esse, Prodesse, Convenire, Expedire. *Construitur cum Præpositione ב & ל, Præter. וְרָא שוּה לִי Et non profuerat mihi, Job. 33, 27. Partic. וְלִמְלֶכֶת אֵין שוּה Et regi non est utile, Esth. 3, 8. Futur. פֶּן תִּשְׁוֶה לוֹ Ne adacquæris ei, Prov. 26, 4. לֹא יִשְׁוּוּ בָהּ Non possunt æquari ei, Prov. 3, 15. Niph. Vide in Hitpabel. Pih. שוּה Æquavit, Posuit, Composuit, Disposuit, Proposuit, ex significatione Chaldaica: Præt. שִׁוִּיתִי Proponebam, Jes. 38, 13. Partic. מְשִׁיחַ רַגְלֵי Disponens pedes meos, 2. Sam. 22, 34. Chald. Præter. עִם הַיְתִים שִׁוִּי Cum bestiis posuit, ad bestias applicuit, Dan. 5. 21. Hiph. Futur. מִי אֶשְׁוֶה לָּךְ Quid æquabo tibi, Thren. 2, 13. וְתִשְׁוּ Et æquabitis, Jes. 46, 5. Hitp. נִשְׁתְּוּ Æquatur, Proverb. 27. v. 15. forma composita ex Niphal & Hitpabel: Simile in כִּפַּר Chald. Futur. וּבֵיתָהּ נִשְׁתְּוּ Et domus ejus sterquilinum ponatur, Dan. 3, 29.*

שוה Inclinari, Propendere: Præterit. Fœminin. וְנָתַתְּ אֶל מוֹת בֵּיתָהּ Nam propendet ad mortem domus ejus, Prov. 2, 18. R. Joseph à שְׁחָה deducit, pro Deprimitur, Incurvat se, Inclinat ad mortem domus ejus, sensu eodem, nihil obstante quòd sit penacutum. Atque sic manet convenientia generis inter Verbum, & Nomen בֵּית quod semper masculinum est: si verò sit à שוּה, tunc est fœmininum, & genere discrepat à masculino בֵּית.

שוה f. Fossa, Fovea, Jer. 18, 20. שוּחָה עֲמֻקָּה Fossa profunda, Prov. 22, 14. וְשׁוּחָה Et fovea, Jer. 2, 6.

שוה f. Idem, Psal. 57, 7. Plural, שׁוּחָה Ps. 119, 85.

נַחַת , רַחַת f. Fovea, Psal. 94, 13. Sic ex formæ *נַחַת* .
Vide infra in *נַחַת* .

שׁוּחַ Meditari, Eloqui Tribuitur enim animo & ori.
Infin. לְשׁוּחַ Ad meditandum, Gen. 24, 63, id est,

לְצַלְאָה Ad orandum, ut Chaldaeus reddit. Pih. Futur.

אֶת־דְּרוֹרוֹ בִּי יִשׁוּחַח. Meditabor, Psal. 143, v. 5. Generationem ejus quis eloquetur, Jesa. 53, 8. Hiph.

מֵעַרְבֵי הַיָּם Me . tari, Colloqui, Confabulari, Eloqui : Imper.

שׁוּחַ לְאָרֶץ. Loquere ad terram, Alloquere terram, Job. 12, 8. שׁוּחַוֹ Colloquimini, Psal. 105, v. 2. Futur.

אֲשִׁיחַ בְּמִצְוֹתֶיךָ Meditabor præcepta tua, Psal. 119, 78.

m. Meditatio, Colloquium : Querimonia, Quere-
la, Oratio querula : בִּי שׁוּחַ לוֹ Nam colloquium ipsi,

1. Reg. 18, 27. Aff. שׁוּחַוֹ Meditationem vel orationem
suam, Psal. 102, 1. Aliam significationem vide infra suo
loco proprio.

שׁוּחַ masc. Idem : Aff. מַחַשְׁבוֹ Quæ sit meditatio sua,
Amos 4, 13.

שׁוּחַח f. Idem, Psal. 119, 99. Aff. שׁוּחַחַתִּי Totâ
die meditatio mea, Psal. 119, 99.

שׁוּט Itare, Circuire, Peragrarè, Discurrere, Percur-
rere, Curfitare. Præter. שׁוּטוּ הָעָם Itabant popu-
lus, Num. 11, 8. Infinit. מְשׁוּט בְּאָרֶץ A peragrandò per
terram, Job. 1, 7. בְּשׁוּט לְשׁוֹן Quum discurret lingua,

scil. maledica, Job. 5, 20. Aben Esra, & R. Levi : aut,

Quum flagellat lingua, significatione à Nomine שׁוּט pe-
titâ, Imper. שׁוּט־נָא Discurre nunc, 2. Sam. 24, 2. Fu-
tur. וַיִּשְׁטוּ Et cum discurrissent, vers. 8. Pih. Particip.

מְשׁוּטָטִים Peragrantes universam terram, Zach. 4, 10.
Imper. שׁוּטוּ בְּהַרְצוֹת Percurrite plateas, Jer. 5, v. 1.

Hithp. Imp. וַחֲתִשׁוּטְטֶנָּה בְּגִרְרוֹת Curfitate per septa,
Jer. 49, 3.

שׁוּט m. Flagellum, Scutica, à Circumagendo : שׁוּטָף
Flagel-

Flagellum inundans, Jes. 28, 15. id est, Plaga erumpentis torrentis instar terram pervadens, R. Salom. scribitur autem cum ו, sed juxta Masorethas legendum per Vau: שוט לסוס Flagellum equo, Prov. 26, v. 3. בשוט vide in principio Radicis: Plural. יסר אתכם בשוטים. Castigavit vos scuticis, 1. Reg. 12, 11.

שוטט *m. Idem, Jes. 23, 13.*

שט *m. Remex, qui remos agit. Plural. היו שנים לך Fuerunt remiges tibi, Ezech. 27, 8. השטים אותך Remiges tui, vers. 26. Kimchio in lib. Rad. vult אותך idem hic esse, quod antea לך pro, Remiges tibi, id est, Remiges tui. In Comment. exponit שואטים Depradantes, quomodo & Chaldaeus explicat. Quidam volunt esse Particip. Kal, Remis agentes te.*

שית *m. Remus: אני-שית Navis remi, id est, impulsus remis, Jesa. 33, 21.*

משוטט *m. Idem, Ezech. 27, 29.*

משוטים *m. pl. Remi: משוטיך Remos tuos, Ezech. 27. v. 6. Rabbini dicunt משוטות ut Jon. 1, 13. in Aben Esra & Kimchi.*

שוט Declinare: Particip. שט Declinans: Plural. Constr. וְשָׂטִי כִּזְבִּי Et declinantes ad mendacium, Psal. 40, 5.

שטים *Vide in שטה.*

שוד Sepivit, Obssepivit: Præter. סבת בערו Septivisti circa eum, Job. 1, 10. Part. שד את דרכך Obssepio viam tuam, Hos. 2, 6. Pih. Futur. תשבכני Vide in סבך.

שוד *m. Sepes: Aff. שבו Sepem suam, Thren. 2, 6. cum Dagesch loco vocalis longæ: vel est à סבך: Vide illic.*

שוכה *f. Ramus, à Sepimentis, quibus adhibetur: Constr. שוכת עצים Ramos arborum, Jud. 9, 48. Aff. שוכה Ramum suum*

suum, v. 49. contractè pro שׁוֹכְתוֹ, cui simile vide in צוֹר in fine Radicis.

מִמְסוּכָה, מְשׁוּכָה f. Sepimentum: מִמְסוּכָה Prae sepimento, Mich. 7. v. 4. Constr. כְּמִשְׁכַּת הָרֶק. Sicut sepimentum spina, hoc est, spinosum, Proverb. 15. v. 19. Aff. מְשׁוֹכְתוֹ Sepem ejus, Fesa. 5, 5.

שְׁבִים m. p. Vepres, Spinæ, à Sepimentis; Dagesch autem est euphonicum loco vocalis longæ, pro שְׁבִים, aut Radix ponenda שְׁכַד. Fœminin. בְּשִׁבּוֹרָה Spinis; Metaphoricè Hamis, Hapagonibus; Job. 40. 26. & sic alia Spinarum vocabula ad hamos transferuntur, ut est in סִיר & חוּחַ &

עַל-שׁוּלֵי הַמַּעֲוִל m. Fimbria: Plural. Constr. עַל-שׁוּלֵי הַמַּעֲוִל Super fimbrias pallii, Exod. 28, 34. Aff. עַל-שׁוּלָיו Super fimbrias ejus, v. 33.

שׁוּמִים m. Allium: Plural. וְאֵת-הַשׁוּמִים Et alliorum, Num. 11, 5. שׁוּמִים Chaldaicum vide in שָׁם.

שׁוּם Posuit, Apposuit, Composuit, Disposuit, Imposuit, Interposuit, Proposuit, Reposuit, Statuit, Constituit, Collocavit. Construitur cum Accusativo & Prepositione עַל, אֶל, בְּ, לְ. Præt. שָׁם עַל שִׁכְמָה Posuit super humerum ejus, Humero ejus imposuit, Gen. 21, 14. וְשַׁמַּת Et pones verba hæc בְּפִי in ore ipsius, Exod. 4, 15. Chald. Præterit. שָׁם Posuit Dau. 6, v. 14. שָׁמָּה Constituerat eum, Efr. 3, 14. שָׁמַת טַעַם Proposuisti edictum, Daniel. 3, 10. שָׁמַת טַעַם Constitui legem, Efr. 6, 12. Particip. פָּהוּל sive פֶּהִיל, וּמְנֵי שִׁים טַעַם A me igitur proponitur edictum, Dan. 3, 29. Imper. שִׁמוּ טַעַם Proponite consilium, Efr. 4, 21. Hiph. Particip. מְשִׁים Apponens, Disponens, Job. 4, 20. Infinit. לְבַלְתִּי שׁוּם Non ponendo viro meo nomen, 2. Sam. 14, 7. hoc est, Non relinquendo nominis superstitem: Scribitur

cum ו, sed legendum per י: Deficit etiam Characteristica ה pro הושים, ut & in aliis fit, vide גול. Et sic Imp. להם. שִׁמוּ וְיִשְׂמוּ
 Apponite panem, Gen. 43. 31. הושים. Hoph. Fut. וְיִשְׂמוּ
 Et appositum fuit, Gen. 24. 33. quod juxta Masorethas legendum וְיִשְׂמוּ
 Kibbutz autem posuerunt sub primo, ut admoneretur lector, sequens י esse per ו cum Schurek legendum, adeoq; differre ab altera forma sequentis vocis וְיִשְׂמוּ
 Et repositus est, Genes. 50. 26. Masoretha notant, sic scriptum & sic legendum esse. Chald. in Ithpehal. Particip. וְיִשְׂמוּ
 Apponitur, Esræ 5. 8. Futur. וְיִשְׂמוּ
 Consilium constitutum sit, Esræ 4. v. 21. וְיִשְׂמוּ
 Sterquilinum ponentur, Daniel. 2. 5. Ex Præterito Passivo Pehil est foemin. שִׁמְתָּ
 Positus est, Dan. 6. 17. unde & R. Saadias exponit pro Præterito Hophal. הוּשְׂמָה

בְּתִשְׂוֹמֶתָּ f. Positio: De positione manus, Lev. 5. v. 21. i.e. juxta Chaldaum, בְּשׂוֹתְפוֹתָּ יָדָא De societate manus, hoc est, commercio, in quo manum suam posuit cum illo, ut unâ invicem negotientur. Et sic habet Aben Esra.

וְשָׁעוּ Vociferari: Imper. ex forma Cholem, וְשָׁעוּ
 Et vociferamini, Jesa. 29. 9. Pih. וְשָׁעוּ, Et frequenter construitur cum Praposit. אֶל: Præter. וְשָׁעִיתִי Vociferor, Psal. 88. 14. Particip. מְשָׁעוֹת Vociferantem, Ps. 72. 12. Infinit. בְּשָׁעוֹתָּ אֵלָיו Cum vociferatur ad ipsum, Ps. 22. 25. Hiph. הִשְׁעֵה Illinere, Oblinere, Incrustare, ex usu Chaldaico. Imp. וְעִינָיו הִשְׁעֵה Et oculos ejus illinito, Jes. 6. 10. Jonathan עֲמַעַם Obscurato. In Targum pro Hebraeo טוּחַ
 ponitur, Lev. 14. 42. 43. Vide & שְׁעָה.

שְׁעָה m. Vociferatio, Clamor: Aff. לְקוֹל שְׁעָה Ad vocem clamoris mei, Plal. 5. 3.

שְׁעָה m. Idem, Job. 30. 24. & juxta aliam significationem, Nobilitas: Dignitas, Divitiæ liberales: Aff. הַיְעָרָה שְׁעָה

שׁוֹעַר *An aestimabit nobilitatem tuam? Job. 36. 19. Aben Esra & R. Levi, Divitias tuas.*

שׁוֹעַר *m. Vociferatio, Jesa. 22. 5. Item Liberalis, Nobilis, Dives; שׁוֹעַר לֹא יֵאמָר וְלִכְלִי לֹא יֵאמָר Et tenax non dicetur liberalis, Jesa. 32. 5. Aben Esra; שׁוֹעַר idem est quod לִבְרִיב Liberalis, & opponitur לִבְרִיב Tenaci: R. Salomon, scribit: שׁוֹעַר dicitur, וְשׁוֹעַר שׁוֹעַר וְשׁוֹעַר וְשׁוֹעַר Quia omnes Respiciunt & vultum convertunt in ipsum: Vide & Job. 34. 9.*

שׁוֹעַר *f. Clamor, Vociferatio: Constr. שׁוֹעַר הָעִיר Clamor civitatis, 1. Sam. 5. v. 12. Aff. לְשׁוֹעַרִי Ad clamorem meum, Thren. 3. 56.*

שׁוֹעַר *Vide in ישׁע.*

שׁוֹפָר *Contrivit: Futur. הוּא יִשׁוֹפֵךְ רֹאשׁ Ipsium conteret tibi caput, וְאַתָּה תִּשׁוֹפְנוּ עֶקֶב, Tu autem conteres ipsi calcaneum, Gen. 3. v. 15. Turbine conteret me, Job. 9, 17. Et secundum aliam significationem, Abscondit, Obscuravit, mutuata à significatione à שׁוֹפָר Crepusculum, Tenebræ. Sic dicitur מוֹל וְנִמְלֵךְ pro eodem. Futur. אֲךָ חֹשֶׁךְ יִשׁוֹפְנִי Utique tenebræ occultarent me, Psalm. 139. 11.*

שׁוֹק *Pih. שׁוֹקֵק Appetivit, Desideravit, Concupivit. Futur. וְתִשׁוֹקְקֶה Et appetis eam, Psal. 65. 10. Vide ulterius in שׁעַק. Hiph. הִשְׁקִי Excurrit, Exundavit, Redundavit, Effluxit. Præterit. הִשְׁקוּ הַיָּקְבִים Exundabunt lacus torcularium, Joël. 3. 13. & 2. 24.*

שׁוֹק *m. Platea, Vicus, Forum, sic dicta, quod homines illic concurrant & transcurrant, à שׁוֹקֵק significatione mutuata, עֹבֵר בְּשׁוֹק Transiens per vicum, Proverb. 7. v. 8. Plural. בְּשׁוֹקִים Per plateas, Cantic. 3. 2. Simile vide infra in שׁוֹר.*

שׁוֹק *f. Armus, Crus: אֶרֶץ שׁוֹק יְמִין Armum dexterum, Exod. 29. 22, id est, צַד יְמִין lateris dextri: nam שׁוֹק fac-*

minimum est : את השוק והעליה *Armum & quod erat super ipsum, 1. Sam. 9, 24. Dual. שקים* Tollite crura, id est, cothurnos, cruralia ornamenta, juxta quosdam, Prov. 26, 7. ועל השקים *Et in cruribus, Deut. 28, 35. Constr. בשוקי האיש* In cruribus viri, Psal. 147, 10. Aff. שוקיו *Crura ejus, Cant. 5, 15.*

שק *m. Chald. Idem: Plural. cum Aff. שקוהי* Crura ejus, Dan. 2, 33.

שוקקו *f. Appetens, Jes. 29, 8.*

תשוקה *f. Appetitus: Aff. תשוקתך* Et ad virum tuum erit appetitus tuus. Gen. 3, 16. *Aben Esra, Obedientia tua, Viro tibi precipienti obedies.*

שור *Cantavit, Cecinit: Item, Contemplatus est, quae significatio etiam ad שרר referri possit. Præter. שר בשרים* Cecinit Domino, Psal. 7, 2. Part. *בקרל שרים ושרות* Canens cantica, Prov. 35, 20. Plur. *שרותיך* Vocem cantorum & cantatricium, 2. Sã. 19, 35. Aff. *ושור שתקים* Cantatrices tuae erant. Ezech. 27, 15. Imp. *אשור* Et contemplare superiores nubes, Job. 35, 5. Futur. *אשור* Contemplabor, Hos. 13, 7. ubi Masoretha notant, non reperiri hanc vocem amplius cum Kametz. Et omne aliud *אשור* dagessatum est, ut R. Salomon monet; nempe *אשור* Assyrius vel Assyria terra. Quare hic decepti LXX. Græci. Semel in Cholem, *ישראל על אנשים* Contemplabitur homines, Job. 33, 27. Pih. Præt. *אשר שררו* Quod contemplati sunt, Job. 36, 24. juxta *Aben Esram & R. Levi: Chaldeus, Laudarunt Particip. והשיר משורר* Et canticum canebat, 2. Par. 29, 28. Canticum, pro Viro Cantici, id est, Cantore: *המשורר* Cantor, 1. Par. 6, 33. Plural. *ומשררות* Cantores & cantatrices; Esr. 2, 65. Futur. *ישורר* Cantabit, Soph. 2, 14. Hiph. Infin. *לשור* Ad cantandũ, 1. Sam. 18, 6. *שירו לו שיר חדש* scribitur cum י, sed legitur per י. Imp.

Cantate ei canticum novum, Psal. 33. 3. Futur. אֲשִׁיר עֹדךְ
Canam fortitudinem tuam, Psalm. 59. 17. וְתִשָּׂר. Et cecinit
Debora, Jud. 5. 1. cum Pathach loco Sægol propter accentum
ad penultimam retractum.

שׁיר *m. Canticum, ut Paulò antè: Aff. שִׁירוֹ Canticum*
ejus, 1. Reg. 4. 22. Plur. שִׁירֵי הַשִּׁירִים Canticum canticorum
Cant. 1. 1. id est, Canticum præstantissimum: Aff. שִׁירֵיכֶם
Cantica vestra, Amos 8. 10. Fœmin. שִׁירָה Idem, Exod.
15. v. 1. Constr. שִׁירַת דָּוִד Canticum dilecti mei, Jesa.
5. v. 1. Plural. שִׁירוֹת Cantica, Amos. 8. 3.

שׁור *m. Inimicus, quasi Observator dictus, qui subinde*
observat & contemplatur, quibus malefaciat: Item Murus,
ex usu Chaldaico: nam pro Hebræo הוֹמָרִי Targum habet
שׁר Plural. cum Aff. בְּשׁוֹרֵי In inimicis meis, Psalm. 92.
v. 12. שׁוֹר אֲרֵלַג Transiliam murum, 2. Sam. 22. 30. Aff.
בֵּין שׁוֹרֵתָם Inter muros suos, Job. 24. 11. Et cum Kametz
sub עלו בְּשׁוֹרֵתֶיהָ Ascendite in muros ejus, Jerem. 5.
10. Chald. Plur. Emph. שׁוֹרֵיָא Muri, Esr. 4. 12. 13.
Item, אֲשַׁרְנָא Muros istos, Esr. 5. 3. 9. cum א & נ for-
mativis: De hoc vide in אֲשַׁר.

שׁור *masc. Bos, à terribili vel torvo Visu sic dictus, aut à for-*
ma Conspicua & insigni, ut R. Bechai notat Genes. 2. Colle-
ktivè, Boves: וְיִהְיֶה לִי שׁוֹר Sunt mihi boves, Genes. 32. v. 5.
עָקְרוּ שׁוֹר Avulserunt boves, Genes. 49. 6. nempe Sichemi-
tarum, Gen. 34. Aben Esra Murum, Aff. וְשׁוֹרוֹ Bovem ejus
Exod. 20. 17. Plural. שׁוֹרִים Boves, Hos. 12. 11. Similem
formam vide in הוֹחַ & דָּוִד.

שׁוֹרֵךְ *Vide in שָׂרָה.*

שׁוֹרֵךְ *m. Inimicus: Plural. לְמַעַן שׁוֹרֵרֵי Propter inimi-*
cos meos, Psalm. 5. 9.

שׁוֹרֵרֵךְ *fœm. Munus, Donum, dignum propriè & Respe-*
ctabile, quod magnati offertur, notat Rab. Salomon ex R.

Menachemo. ותִּשְׁרַת אֵין לְהַבִּיאַ *Et munus non est quod adducamus, 1. Sam. 9. 7. Aben Ezra monet, ex significatio- ne hujus nominis quosdam explicare Verbum, ותִּשְׁרַת לְמַרְךָ, בְּשֶׁמֶן* *Et munera defers ad regem cum unguentis, quibus scilicet terra Israel abundabat, adeoque aliò deportaban- tur, Jesa. 57. 9.*

שׂוֹר Principatum tenuit vel gessit, Principem egit: *Construitur absolutè & cum Præpositione על & אֵל. Infinit. בְּשׂוֹרִי. Vide in Radic. סוֹר. Futur. וַיִּשְׂר אֵל-בְּלֶאֱדָה* *Et principem se gessit cum angelo, Hof. 1 2. v. 4. id est, Luctando de principatu & victoria contendit; Et principatum tenuit Abimelech עַל-יִשְׂרָאֵל Super Israëlem, Jud. 9. v. 22. וַיִּשְׂרוּ Principatum tenebunt, Pro- verb. 8. 16. Jes. 32. 1. quæ omnia etiam à שָׂרר esse possunt. Hiph. Præter. הִשְׂרִירוּ Principes constituunt, Hof. 8. 4.*

שׂוֹר m. Princeps, cum Pathach loco Kametz in singulari, ut & in aliis: *In pausa majori habet Kametz: הַשָּׂר O Prin- ceps, 2. Reg. 9. v. 5. Plural. שָׂרִים Principes, 2. Sam. 19. 6. Constr. שָׂרֵי Num. 23. 6. Aff. שָׂרֵיהֶם Principes eorum, Jesa. 3. 4. Fœmin. cum ך̄ paragogico, שָׂרָתִי Princeps, Thren. 1. v. 1. Similia vide in אָהַב & גָּנַב: Plural. שָׂרוֹת Principes fœmina, 1. Reg. 11. 3. Aff. וּשְׂרוֹתֵיהֶם Et princi- pes eorum, Jes. 49. 23. Quidam referunt ad שָׂרר.*

שׂוֹרָה f. Principale: הַטָּה שׂוֹרָה *Triticum principale, id est, præstantissimum, Jes. 28. 25.*

שׂוֹרָה f. Mensura, quasi rerum dividendarum *Domina & Princeps, 1. Par. 23. 29. Lev. 19. 35.*

שׂוֹשׂ Gavissus, Lætatus fuit: *Construitur absolutè & cum Præposit. בְּ & על. Præterit. בְּאִשְׂרָשׁוּבַי. Quemadmodum gavissus est Dominus עָלֵיכֶם super vos, Deut. 28. 63. וַיִּשְׂשׂוּ בְעַמִּי Et gavissus sum in populo meo, Jesa. 65. 19. Hiph. Imper. שִׂישׂוּ Gaudete, Jesa. 65. 18.*

שׂוֹן

שִׂשׂוֹן *m.* Gaudium, *Jesa.* 35. 10. Construct. שִׂשׂוֹן יִשְׂעָרָךְ

Gaudium salutis tuae, Psalm. 51. 14.

וּמִשׂוֹשׁ הַחֲתָן *m.* Gaudium, *Jesa.* 32. 13. Const.

Et gaudium sponsi, Jesa. 62. 5. Aff. קִרְיַת מִשׂוֹשֵׁי *Civitas gaudii mei, Jer.* 49. 25.

שׂוֹת *Posuit, Disposuit, Reposuit. Apposuit,*

Imposuit: Construitur cum Accusat. & Praeposit. על, אֶל, ל, ב, & alii: Praeterit. שָׂת לִי Reposuit

mibi, Gen. 4. 25 *וְלֹא שָׂת לְבוֹ גַם לְזֹאת Et non apposuit animum suum etiam ad hoc, Exod.* 7. 23. *כָּל שְׂתָהּ Omnia,*

posuisti, Ps. 8. 7. *שָׂתוּ לְשִׂאוֹל שְׂתוּ Sicut pecudes ad sepulchrum disponunt eos, Psal.* 49. 15. *pro, Disponuntur, dispositi sunt. Hiph. Infin. צָאנִי עִם-כָּל־בְּנֵי צֹאנֵי*

Ponere cum canibus gregis mei, Job. 30. 1. Imperat. לִבְךָ לְעֵדָרִים *Appone animum tuum ad greges, Prov.* 27. 23. Fut. אֲשִׂית

Imposuisti capiti ejus, Psal. 21. 4. Hoph. Futur. יוֹשֵׂת עָלָיו *ponam in salute, Ps.* 12. 6. *לְרֹאשׁוֹ*

Impositum fuerit ei, Exod. 21. 30.

שִׂירָה *m.* Ornatus, Ornamentum: *ab impositione vel*

Compositione, Prov. 7. 10. *Psal.* 73. 6.

שִׂירָה *m.* Nates, quasi *Positivum dicas, quod homo sessurus,*

se in eam partem Ponat: וְחֹשׁוֹפֵי שִׂירָה Etiam denudatos nate vel natibus, Jesa. 20. 4. Plural. cum Aff. עַד-שְׂתוֹתֵיהֶם

Usque ad nates ipsorum, 2. Sam. 10. 4.

שִׂירָה *Chald. vide suo loco in שת.*

שְׂתוֹתֵיהֶּא *f. p. Fundamenta, Psal.* 11. v. 3. Aff.

Fundamenta ejus, Jesa. 19. 20. *id est, Consilia prava adversus alios inita.*

שִׂיבָה *Chald. in Pahel Liberavit, Eripuit: Praeterit-*

tum, וְשִׂיבָה לְעַבְדֵּיהִי Et eripuit servos suos, Dan. 3. 28. & Chirek est loco Tzere, Particip. מְשִׂיבָה

Liberans, Dan. 6. 27. Infinit. cum Aff. לְשִׂיבּוֹתֶךָ *Eri-*

pere te, Dan.6.20. Futur. הוּמָהּ יִשׁוּבְנֶנּוּ Ipse eripiat te, Daniel.6.16. רִי יִשׁוּבְנֶכּוֹן Qui crepturus est vos, Dan.3.15.

שׁוּפָתוּ Contuitus est, Conspexit: Præterit. שׁוּפָתוּ Qui contuebatur eum, Job.20. vers. 9. & sic Job. 28.7. שׁוּפָתַנִי הַשֶּׁמֶשׁ Quòd contuitus me sit sol, Cant.1. vers. 16.

שׁוּר מְשׁוּר masc. Contortum, Conduplicatum, Exod.26.1. Sic Chaldaeus שׁוּר. Et apud Rabbinos חוּטֵין שׁוּרִין Fila duplicata, contorta.

שָׁחַר Muneravit, Munus exhibuit. Imperativ. שָׁחַרוּ בְעָרֵי שָׁחַרְוּ Munera exhibete propter me, Job.6. v. 22. Futur. וְתִשָּׁחַרְוּ אֹתָם Et munerata es eos, Ezech. 16. vers. 33.

שָׁחַר m. Munus, Deut.10.17. הַשָּׁחַר יַעֲוֶה בְּפִקְחִים Munus excacat videntes, Exod.23.8. Hinc in malum sumitur, pro eo quod datur corruptela causâ. Unde apud priscos dictum: שׁוּחַר מֵאֵי שׁוּחַר שֶׁהוּא חַר Quid est שׁוּחַר? quod facit חַר unum? dantem sc. & accipientem. Etenim כִּיּוֹן רַקְבִּיל לִיָּה שׁוּחַרָא מִינִירָה אִיקְרַבָּא לִיָּה דַעֲתִירָה לַגְבִּיָּה וְהוּי כַּגִּיפִירָה quam primum accipit munus ab ipso, tunc accedit animus ejus ad ipsum, & fit sicut ille ipse. Kethubboth fol.105,2. Vide & R. Bechai, Deut.16.19. in principio Parascha שׁוּפָטִים.

שָׁחָה Abjecit, Prostravit, Depressit, Inclinavit, Incurvavit se. Præter. juxta quosdam, שָׁחָה Inclinat ad mortem domus ejus, Prov. 2. 18. Si hinc est, tunc accentum irregulariter habet in penultima: si est à שׁוּחַ vel שָׁחַח, tunc est discrepantia generis. Nam בית masculinum est. Vide שׁוּחַ. Imper. Fœm. שָׁחִי Abjice. Incurva te, Jesa.51,23. Hiph. Futur. יִשָּׁחַנָּה Depressit illam, Prov.12,25. Hitph. הִשְׁתַּחֲוֶה Procubuit, Incur-

Incurvavit se adorandi vel honoris exhibendi causa; unde Græci προσκυνεῖν, Latini interpretes plures Adorare exponunt. Tertia radicalis mutata in ו, & superad-ditum aliud ה. Ista mutatio & aliâs fit, ut in שָׁרַח & Nomine גָּאֹרַח à גָּאָה. Sunt qui putant hac geminatione tertia radicalis, geminam incurvationem indicari, Corporis & Animi, Latriam scilicet & Duliam quam vocant. Plura Honoris exhibendi Verba sunt. Hoc totius corporis prostrationem in terram significat, ex more Orientalium. Vide בָּרַךְ & mox in Nomine. Construitur cum Præpositio-nibus עַל, אֶל, לְ. Præter. וְהִשְׁתַּחֲוֶה עַל-מַפְתָּן. Et in-curvavit se in lumine porta, Ezech. 46. 2. וְהִשְׁתַּחֲוִיתָ לָהֶם. Et incurvando te honorem exhibeas illis, Deuteron. 4, 19. Partic. Anomalum, מִשְׁתַּחֲוִיתָם. Incurvant se orientem versus ipsi soli, Ezech. 8. v. 16. ex Præterito & Participio compositum. Nam, scribit Kimchi in Comm. Propheta vole-bat dicere, וְהִמָּרַח מִשְׁתַּחֲוִים. Et ipsi incurvabant se: at aspectu commotus, sermonem illicò in interrogationem convertit, volens dicere, וְאַתֶּם הִשְׁתַּחֲוִיתָם. Vosne in-curvatis vos? Futur. וַיִּשְׁתַּחֲוֶה לוֹ. Et incurvabit se illi, 1. Reg. 22, 54. Hinc per Apocopam specialem, וַיִּשְׁתַּחֲוֶה. Et incurvabit se pronus in terram usque, Genes. 18. v. 2. pro וַיִּשְׁתַּחֲוֶה, sicut dicitur וַיַּעֲשֶׂה וַיַּעֲשֶׂה. Et sic, וַתִּשְׁתַּחֲוֶה. Et incurvavit se terram, 2. Reg. 4. v. 37. בָּאוּ נִשְׁתַּחֲוֶה וְנִכְרַעוּ וְנִבְרַכְוּ. Venite procumbamus, inclinemus ca-put. flectamus genua, Psalm. 95. vers. 6. ubi tria Honorum verba conjuncta.

שָׁחָה fœm. Fovea, Fossa, quasi locus Depressus: Aff. בְּשָׁחָתוֹ. In foveam suam, Prov. 28. 10.

שָׁחִים f. Idem: Plural. cum Aff. בְּשָׁחִיתוֹתָם. In foveis ipsorum, Thren. 4. 20. Psalm. 107. v. 20. Sic שְׁבוּתָם & שְׁבוּתָם. Captivitas, à שָׁבָח.

חִתְּחִוּי f. Incurvatio: Aff. **בְּחִתְּחִוּי** *In incurvatione mea.* 2. Reg. 5. 18. id est, *Dum me incurvo: habet enim usum infiniti:* R. Salomon scribit Levit. 26. 1. **הַשְּׁתַחֲוִי אֶרֶץ** בפשוט ידיים ורגליים היא ואסרה התורה לעשות כן *id est, Histachavaah fit cum expansione manuum & pedum, unde prohibet Lex agere sic extra Sanctuarium.*

שָׁחָה Natavit: Part. cum Infin. **לְשָׁחוֹת** *Natator ad natandum, Jesa. 25. v. 11.* Hiph. Futur. **אֶשְׁחָה** *Feci ut natet, Psal. 6. 7.*

שָׁחוּ Natatio: **מִי שָׁחוּ** *Aqua natationis, Ezech. 4. 7.* id est, *quas necesse erat natando trajicere, neque amplius propter altitudinem pede transiri poterant, R. Salomon: Estque nomen, ut אָחוּ ab אָחַר.*

שָׁחָה Curvari, Incurvari, Incurvare se, Deprimi, Dejici: **שָׁחָה** & **שָׁחָה**. Præterit. **וְשָׁח רֹם אַנְשִׁים** *Et deprimetur altitudo hominum, Jesa. 2. 11.* Fœmin. **שָׁחָה** *Vide paulò antè in שָׁחָרִי: שָׁחוּתִי* *Curvarem me, Psal. 35. 14.* **שָׁחוּ רְעִים** *Incurvant se mali, Prov. 14. 19.* Infin. **שָׁחוּתִי** *Incurvando se, Jesa. 60. 14.* Fut. **יִשָּׁח אָדָם** *Et incurvatus est homo, Jesa. 2. 9.* **תִּשָּׁח אִמְרֹתֶיךָ** *Demissus prodeat sermo tuus, Jesa. 29. 4.* **וְיִשָּׁחוּ כָּל בְּנוֹת הַשִּׁיר** *Et deprimentur omnes filia cantici, Eccl. 12. 6.* id est, *כל השירים* *Omnia cantica; & sic concilianda discrepantia generis inter Verbum masc. & Nomen fœm.* Hiph. Præt. **הִשָּׁח** *Depressit, Jesa. 25. 12.* Hitph. Futur. **בִּי נִפְשִׁי תִשְׁתַּחֲחֶה** *In me anima mea dejicit se, Psal. 42. 7.* Fœm. **מִה־תִּשְׁתַּחֲחֶה** *Quid dejicis te, v. 6.*

שָׁח m. Demissus, Humilis: **וְשָׁח עֵינַיִם** *Et humilem oculis, Job. 22. 29.*

שָׁחוּת mascul. Demissio, Incurvatio: *Kimchi facit Nomen*

Nomen forma שח. Potest & Infinitivus esse. Vide antè.

שחט Maçtavit, jugulavit, quod fit cultro acutissimo per jugulum animalis ducto & reducto, quos actus vocant הלכה והבארה Abitum & reditum. Præter. וְשַׁחַט אֶת־בֶּן הַבָּקָר Et jugulabit filium bovis, Lev. 1.5. i.e. Juvencum subrumum: וְשַׁחַטְתָּ אֶת הַפָּר Et maçtabis juvencū istum, Exod. 39.11. Infin. cum ה paragog. וְשַׁחַטְתָּ Et ad jugulandum, Hos. 5. v. 2. Niph. Futur. יִשַׁחַט לָהֶם Jugulabitur ipsis, Num. 11. 22.

שחוט mascul. Ductum, Tractum: וְהָב שָׁחוּט Ex auro ducto, 2. Paralipom. 9. v. 5. id est, Malleato, ductili, quod præ bonitate diduci potest, etiam in'fila, unde שחוט dictum. Hebraei scribunt, שַׁנְטוּרָה בְּהוּט quod netur filo: Joma fol. 45. וְהָיָה שַׁחוּטָה Sagitta tracta, Jerem. 9. vers. 8. Acuta, polita, ducta per cotem. Legendum juxta Masorethas שחוט.

שחטה f. Maçtatio: ut paulò antè. Potest enim & Nomen & Infinitivus esse.

שחיטה f. Jugulatio: Constr. על־שְׁחִיטַת הַפֶּסַחִים Jugulationi Paschatum, 2. Paral. 30. 17.

שחט Expressit, succum propriè vel humorem: Futurum, וְאַשְׁחַט אוֹתָם Et expressi eas in calicem, Genes. 40. 11.

שחל m. Leo ferox, vel immanis, mediæ ætatis, Job. 4. 10. וְשַׁחַל בְּרֶגְלֵי לֵוִי Leo ferox est in via, Proverb. 26. 13. Vide ארה.

שחלה fœmin. Onyx: species aromatis, quæ ad suffitum adhibebatur, Exod. 30. vers. 34. Judæi German. Nägelwurß.

שחן mascul. Ulcus, Inflammatio, Apostema, Exod. 9. 10. שַׁחֲנָי Chaldaeis Calere: Et apud Rabbinos, שחנה שנה Annus calidus.

שחם Sponte nascens, *Jesa.* 37, 30. idem quod **סחיש**: *Vide illic.*

שחף *m.* Æfalon, accipitris species: *Aliis Larus, avis immunda, Lev.* 11, 16.

שחפת *f.* Tabes, Phthisis, *Levit.* 26, 16. *Deuter.* 28, 22. *Est forma dagessata דלקת.*

שחף *m.* Tectorium: **שחוף עץ** Tectorium ligni, id est, ligneum, *Ezech.* 4. 16.

שחצ *m.* Fera: **בני שחץ** Filii fera, id est, fera juvenes, *Job.* 28. v. 8. *Targum, בני אריון Catuli leonum.*

legitur & *Jobi* 41. v. 25. Sic & Talmudici inter Leonum nomina referunt, ut est in **ארה**. Sed & *Psal.* 17. 12. pro Hebræo **כפיר** in Regiis in *Targum* legitur **שחצא**.

שחק Contudit, Comminuit: Præterit. **ושחקת** Et contundes ex eo minutim, *Exod.*

30. vers. 36. **אבנים שחקו מים** Lapidés comminuunt aqua, *Job.* 14. 19

שחק *m.* Pulvis tenuissimus, qui scil. ex contusione oritur & spargitur, *Jesa.* 40. 15. Item, Nubes superior tenuissima scil. & subtilissima, Cœlum: **ועד בשחק נאמן** Et testis in cœlo fidelis, *Pf.* 89, 38. Plural. **שחקים** Superiores nubes, *Deut.* 33, 26. **עבי שחקים** Nubes cœlorum, *Pf.* 18. v. 12. Sic & Talmudicis inter cœli Nomina refertur. *Vide infra in שמים* in *Rad. שם*.

שחק Lusit: Risit, Derisit, Irrisit. *Construitur cum. Præposit. על & ל*: Præter. **שחקו עלי** *Rident super me, Job.* 30, 1. Futur. **אשחק אליהם** *Si riderem eos, Job.* 29, 24. id est, **עליהם** super eos, vel, *Jocarer cum eis*: **ישחק לו** *Ridet eum, Psalm.* 37, vers. 2. Pih. Particip. **הלא משחק אני** *Nonne rideo vel ludo ego, Prov.* 26, 19. Plural. **משחקים** *Ludentes erant, ludentium more gestiebant, 2. Sam.* 6, 5. Infin. **לשחק בו** *Ludendo in eo, Ps.* 104.

v. 26. Hiph. Partic. מִשְׁחִיקִים עֲלֵהֶם *Irridebant eos.*

1. Par. 30. 10.

שְׁחֹק *m. Ludus, Lusus, Risus, Derisio: Fui risus, Thren. 3. 14.*

מִשְׁחָק *m. Idem, Hab. 1. 10.*

שָׁחַר Denigrari, Nigrescere, Nigrum esse: Præterit. עוֹרִי שָׁחַר *Cutis mea denigrata est, Job. 30, 30.*

Pih. שָׁחַר Diluculo, Manè, Sedulò, Tempestivè, studiosè quærere, pervestigare: à nomine שָׁחַר *Aurora, quasi Aurorare vel Diluculare dicas: Præter. שָׁחַרוּ מוֹסֵר*

Manè querit ipsi disciplinam, Proverb. 12, 24. Particip.

מִשְׁחָרֵי לְטָרֵף *A diluculo pervestigantes pradam, Job.*

24, 5. Infinit. לְשָׁחַר פְּנֵיךָ *Studiosè quarendo faciem tuam, Proverb. 7, 15. Futur. אֲשַׁחֲרֶךָ*

Tempestivè requiro te, Jes. 26, 9.

שָׁחַר *m. Aurora, sic à Nigrore dicta, qui eam comitatur:*

וּכְמוֹ הַשָּׁחַר עָלְתָּ *Et quum aurora ascenderet, Gen. 19.*

15. Aff. לֹא תִדְעֵי שָׁחַרָה *Non scies auroram ejus, Jes. 47,*

11. *id est, exortum.*

שָׁחֹר *m. Niger, Nigrum, Nigricans: וְיִשְׁעַר שָׁחֹר*

Et pilus nigricans, Levit. 13, 31. Plur. סוּסִים שְׁחֹרִים

Equi nigri, Zach. 6, 2. Fœm. שְׁחֹרָה אֲנִי

Nigra sum, Cant. 1. 5. Plur. שְׁחֹרֹת כְּעוֹרֵב

Nigri ut Corvus, Cant. 5, 11.

שָׁחֹר *m. Nigredo, Thren. 4. 8.*

שִׁיחֹר Schichor, *nomen fluvii, Jos. 13, 3. Jer. 2, 18.*

שְׁחֹרוֹת *f. Juventa, Eccles. 11, 10.*

שְׁחֹרְחֹרֶת *Nigra, Subnigra, Cantic. 1, 6.*

מִשְׁחָר *m. Aurora, Psalm. 110. 3.*

שָׁחַת Pih. שָׁחַת *Corruptit, Perdidit, Peremit, Interfecit: Præter. כִּי שָׁחַת עַמֶּךָ*

Quia corruptit populus tuus, scil. viam vel mores suos, Exod. 32, 7.

לֹו שָׁחַת *Corrupte agit sibi, Corruptit se, Dent. 32, 5.*

שָׁחַת

פָּרַדַּת מִבְּצֻרֶיךָ *Perdet munitiones tuas, Jerem. 48. v. 18.*
לפני שָׁחַר *Antequam perdidisset, Genes. 13. 10.*
נִשְׁחַרְתָּ *Corruptum erat, Jerem. 13. v. 7.*
וְהִנֵּה נִשְׁחַרְתָּ *Et ecce corrupta erat, Gen. 6. v. 12.* **Hi**
פָּרַדַּת *Corruptit omnis caro viam suam,*
Genes. 6. v. 12. **פָּרַדַּת** *Quia perditurus est,*
Genes. 19. 14. **וּמְקוֹר מִשְׁחָרָה** *Et scaturigo*
corrupta, Prov. 25. 6. *Masora notat duo esse cum Kametz :*
Ergo alterum. **וְזוֹבַח מִשְׁחָת** *Et sacrificat corruptum, Mal.*
1. v. 14. quod in plerisque exemplaribus est cum Pathach,
erit legendum cum Kametz.

שְׁחָרָה *m. Corruptio, Psal. 16. 10.* *Fovea, quasi corruptio-*
nis locus, Psal. 94. 13. **בְּשְׁחָתָם** *In fovea illorum, Eze-*
chiel. 19. 4.

שְׁחָרָה *Vide supra in שְׁחָרָה.*

מְלָא כְדָבָר וּשְׁחִיתָהוּ *Chald. Corruptum :*
Verbum mendax & corruptum, Daniel. 2. v. 9. atque
ita est ex forma Pehil. Et substantivè, וְכָל עֲלֵהוּ
Et ullam occasionem aut corruptelam, Da-
niel. 6. v. 6.

מִשְׁחָת *masc. Corrupens, Perdens : & substan-*
tivè, Corruptio, Perditio, Internecio, Exitium, Eze-
chiel. 21. 31. & 9. 6. Exod. 12. 13. **כְּלֵי מִשְׁחָתוֹ** *Instru-*
mentum perditionis suæ, id est, lethiferum, Ezech. 9. 1.

מִשְׁחָרָה *m. Corruptum, ut ante in Hophal: Item, Corru-*
ptio, Corruptela : Aff. מִשְׁחָתָם *Corruptio eorum, Le-*
vit. 22. 25. Masora notat, Duo esse in duplici significatione:
alterum vide in מִשְׁחָה, ubi מ radicalis est.

מִשְׁחָרָה *m. Corruptus :* **מִשְׁחָת מֵאִישׁ מֵרְאֵהוּ** *Corruptus*
est præ viro aspectus ejus, Jesa. 52. 14. id est, Non amplius
virilem aut humanam speciem habet. Nomen Toar juxta
Aben Esram.

שָׁטָה Declinavit: Præter, וְאִם-לֹא שָׁטִית *Et si non declinasti*, Num. 5. 19. Imp. שָׁטָה מֵעָלָיו *Declina ab ea*, Prov. 4. 15. Futur. per Apocopen, אֲלֵי שָׁטָה *Ne declinet*, Prov. 7. 25.

שָׁטוּ *m. p.* Declinantes, Hof. 5. 2. Et cum Samech, **שָׁטוּ** Psal. 101. 3. Singul. esse potest שָׁטָה forma רָעָה.

שָׁטַח Expandit: Præterit. וַיִּשְׁטַחוּ *Et expandent ea*, Jerem. 8. 2. Infnit. cum Futur. וַיִּשְׁטַחוּ לָהֶם *Et expanderunt eos sibi expandendo*, Num. 11. 32. Pih. Præter. שָׁטַחְתִּי אֵלָיְךָ בְּפִי *Expandi ad te manus meas*, Psal. 88. 10.

מִשְׁטָח *m.* Expansio: Constr. מִשְׁטַח חַרְמִים *Expansio saggenarum*, Ezech. 26. 5.

מִשְׁטוּחַ *m.* Idem, Ezech. 47. 10.

שָׁטָט *m.* Cedrus, aut ejus lectissima quadam species, Jes. 41. 19. Plur. שָׁטִיִּם *Exod. 25. 5.*

שָׁטַם Odit, Odio profecutus est: Fut. וַיִּשְׁטַם *Et odio profecutus est Esau Jacobum*, Genes. 27. 41.

מִשְׁטָמָה *f.* Odium, Hof. 9. 7. 8.

שָׁטַן Adversari, Odio habere: Part. Plur. Constr. שָׁטְנֵי נַפְשִׁי *Adversantes anima mea*, Psal. 71. 13.

Aff. שָׁטְנֵי *Adversantes mihi*, Psal. 109. 29. Futur. וַיִּשְׁטְנוּ *Adversantur mihi*, Psal. 38. 21.

שָׁטָן *m.* Satan, Adversarius: Spiritus malus, salutis hominum adversarius, 1. Reg. 5. 4. Job. 1. 7.

שָׁטָנָה *f.* Adversatio; Accusatio, Esr. 4. 6.

שָׁטַף Exundavit, Præceps fuit Inundavit, Immerfit, Immergendo abluit; Præterit. לֹא

שָׁטַף וַעֲבַר *Non immerfit in aquas*, Lev. 15. 11. *Inundabit & transibit*, Jes. 8. v. 8. Particip. שֹׁטֵף

Et imber inundans, Ezech. 13. 13. Futurum, וַאֲשַׁטֵּף דְּמִיךָ

Et

Et inundarem sanguinem tuum à te, Ezech. 16. 9. id est, Inundando eluerem. Niph. Futur. וְשָׁטַף בַּמַּיִם Immergitor in aquam, Lev. 15. 12. וְשָׁטַפוּ הַשָּׁטָף Inundatione inundabuntur, Dan. 11. 22. Pyh. Præter. וְשָׁטַף בַּמַּיִם Et immergetur in aquam. Levit. 6. 29.

שָׁטַף, שָׁטַף *m.* Inundatio, *Psal. 32. 6. Nah. 1. 8.*

שָׁטַר שָׁטַר *masc.* Moderator, Praefectus & Curator negotiorum publicorum: Sapè conjungitur *Nomini* שָׁפֵט *Judex*, unde scribunt *Hebraei*, שָׁפֵט esse, qui simpliciter judicat & sententiam pronunciat; שָׁטַר *Executorem* qui judicatum exequitur, & refractorios cogit obedire sententiae judicis. *Majmon in princip. Sanhedrin:* שׁוֹפְטִים אֱלוֹ הַדְּרִינִים הַקְּבוּעִים בְּבֵית דִּין שָׁטָרִים אֱלוֹ בְעַלְיֵמָקֵר Schophetim sunt ipsi judices fixi in domo judicii: Schoterim sunt gestantes virgam & lorum, stantes coram iudicibus, circumeuntes per urbem, omnia ordinantes juxta decretum judicum. Hoc etiam faciebant נְגַשִּׁים *Exactores*, quorum tamen officium latius extendebatur. שָׁטַר וּמְשָׁל *Moderator & dominator*, *Prov. 6, 7. Plural. שָׁטָרִים Moderatores, Deut. 1, 15. Constr. אֶת־שָׁטָרֵי הָעָם Moderatoribus populi, Jos. 1, 10. Aff. וְאֶת־שָׁטָרָיו Et moderatoribus ejus, Exod. 5, 6.*

שָׁטַר *Chald. Dominatus: וְלִשְׁטָר־חַד Et dominatum unum erexit, Dan. 7, 5. Hebraei legunt per Sin, vel Samech, לִשְׁטָר At latus unum erexit, scil. regnum: Aben Esra, וְלִצְד אַחַד הוֹקְמָרָה Et ad latus unum erectum est.*

שָׁטָר *m.* Gubernatio, Dominatus: *Aff. מְשָׁטָרָה Dominatum ejus, Job. 38, 33.*

שָׁטָר *m.* Munus: *וּבִילוּ שֵׁי Afferant munus, Psal. 76, 12. וְיִבָּל שֵׁי Adducetur munus, Jes. 18, 7.*

* וְיִבָּל שֵׁי *Vide in שיג.*

נְשִׁיחַ *m. Stirps, Frutex, Gen. 2, 5. Plur. בֵּין-שִׁיחִים*
Inter stirpes, Job. 30, 7.
 * *שְׁלַח* *vide in שׁוּלַח שׁוּלַח שׁוּלַח*.

שִׁינִים *m. p. Urinæ: Aff. שִׁינִיחַם Urinas suas, 2.*
Reg. 18, 27. Jes. 36, 12. cujus singulare possit esse
שִׁין *forma שִׁינִי*. *Est verò hoc vocabulum apud Hebraeos*
in sermone vulgato obscœnum, unde Masoretha honesta-
tis causâ legendum substituerunt (ut & Chaldæus tran-
stulit) מימי רגליהם Aquas pedum suorum, qua-
rum vocum vocalès præcedenti dictioni subjecerunt, hoc
modo, שִׁינִיחַם. Vide quoque in חרר.

נְשִׁיזִיא *Chald. Perfici, Consummari, Finiri: Præ-*
ter. וְנִשְׁזִיא בֵּיתָהּ רְנָה *Et perfecta vel finita*
est domus ista, Esr. 6, v. 15. & juxta Masorethas re-
dundat. In Targum etiam est Perdidi.

נְשִׁיר *f. p. Catenulæ, Jesa. 3, 19. Chaldæum*
& generale: Sic hoc loco in Targum, שִׁירֵי
ירֵיָא Catenæ manuum. Et v. seq. שִׁירֵי רְגְלֵיָא
Catenæ pedum, pro Ornamentis manuum & pedum.

נְשִׁישׁ *m. Marmor, 1. Paral. 29, 2. Contractè, שִׁישׁ.*
Esth. 1, 6. Usus ejus in Templo fuit ad columnas,
mensuras & pavementum, scribit R. Salomon. Chaldæus
dicit מְרַמְרָא ut עֲמוּרֵי מְרַמְרִין Columnæ marmoreæ,
Esth. 1.

נְשִׁית *m. Vepres, Vepretum, Jes. 27, 4. & 7. 23. Aff.*
שִׁיתו Vepres ejus, Jesa. 10, 17. cum Chirek.

נְשַׁבֵּב *Jacere, Cubare, Accumbere, Concumbe-*
re, Decumb. Incumb. Occumb. Recum-
bere. Construitur cum variis Præpositionibus, עִם.
ל. אֶל. ב. ל. אֶצֶל. אֵת. עַל. Præt. נִשְׁבַּב *Concubuerit unus*
hoc populo אֶת-אִשְׁתְּךָ cum uxore tua, Genes. 26, vers.
10. וְנִשְׁבַּב אִישׁ אִתָּהּ *Et concubuerit quis cum ea, Nu-*
mer. 5, vers. 13. וְנִשְׁכַּבְתָּ אֵת אֲבוֹתֶיךָ *Et occubueris cum*

patribus tuis, 2. Sam. 7, 12. Part. **וְהִשְׁכַּב** *Et qui cubaverit in ea domo*, Levit 14, 47. Niph. *Vide in* **שָׁבַל** Pylh. *vide ibid.* Hiph. **הִשְׁכִּיב** *Jacere vel cubare fecit*, Collocavit, Deposuit, Dejecit, Prostravit: Præterit. **וְהִשְׁכַּבְתִּים לְבַטָּח** *Et cubare faciam eos secure*, Hof. 2, 18. Infin. **הִשְׁכַּב אֹתָם** *Dejeciendo eos*, 2. Sam. 8, 2. Futur. **וְנָבְלִי שָׁמַיִם מִי־יִשְׁכִּיב** *Et utres cæli quis prosternet?* Job. 38, 37. Kimchi, Effundit. Sic mox inter nomina. Hoph. Præter. **וְהִשְׁכַּב** *Et prostratus fuerit*, Ezech. 32, v. 32. Partic. **מִשְׁכַּב עַל־מַטְּו** *Facere factus*, Collocatus in lecto suo, 2. Reg. 4, v. 32. Infin. cum ה paragogico **וְהִשְׁכַּנְּהָ** *Ut prosternaris*, Ezech. 32, 19.

שְׁכַבַת הַטֵּל *f. Cubatio: Cubatum, Stratum: Const. Cubatio, Stratum roris, id est, Ros stratus: vel juxta Kimchium, Effusio roris, Exod. 16, v. 13. שְׁכַבַת זֶרַע* *Concubitus seminis, Levit. 15, 17. per hypallagen, pro, Semen concubitus, Kimchi, Effusio feminis.*

שְׁכַבַתָּהּ *fœm. Idem: Affix. שְׁכַבַתָּו* *Concubitum suum, Levit. 20, 15.*

מִשְׁכַּב *m. Cubile, Cubatus: Stratum, Concubitus: שְׁכַבַת וּפְסוֹת* *Cubatam & pelves, 2. Sam. 17, 28. id est, Cubilia, lectos, strata. Constr. מִשְׁכַּב זֶרַע* *Concubitum maris, Num. 31, 18. וְהוּא שָׁכַב אֶת מִשְׁכַּב הַצֶּהָרִים* *Et ipse erat recumbens cubatu meridiano, 2. Sam. 4, 5. hoc est, Meridiabatur, Somnum meridianum capiebat: Aff. לְשַׁכַּב בְּמִשְׁכָּו* *Ut cubaret in lecto suo, 2. Sam. 11, 13. Plur. Constr. מִשְׁכַּבֵי אָבִיךָ* *Cubilia patris tui, Gen. 49, 4. Fœm יָנוּחוּ עַל־מִשְׁכַּבֹּתָם* *Requiescent in cubilibus suis, Jes. 57, 2. Chald. עַל־מִשְׁכַּבְךָ* *In cubili tuo, Dan. 2, 28.*

שָׁכַח *Aspicere, Prospicere, Perspicere. Chaldaicum est. Nam pro Hebræo הִשְׁקִיף Chaldaicè dicitur*

dicitur in Ithpehal אִתְּפַחֵי per Samech. Ad animum relatum est Imaginari, Cogitare.

שְׂכִינָה f. Imago, Effigies, Figura, Pi&ura : Plurale, שְׂכִינֹת הַחֲמֻדָּה Imagines desiderii, hoc est, desideratissima, Jesa. 2, 16.

שְׂכוֹנִי masc. Intellectus, Mens, quasi Imaginatrix & Figuratrix dicta, quod omnia Pervideat & cognoscat: מִיִּנְתַּן לְשִׂכּוֹנִי בִּינָה Quis dedit menti, intelligentiam? Job. 38, 36. Chaldaeus לְלִבָּא Cordi, Animo, & sic Aben Esra. Vulgatus Latinus interpres, Quis dedit gallo intelligentiam? Ea interpretatio ex priscis Hebraeis petita est, apud quos legitur: R. Schimeon filius Lakis dixit: Cum peregrinarem in Africa, audivi quoddam בְּלִיָּה Sponsam appellarent נַפְתִּי Nimpham, & תְּרַנְגוֹל Gallum gallinaceum, שְׂכוֹנִי. Unde hoc? inde quoddam apud Jobum dicitur: Quis indidit בְּטַחֲוִי prae cordiis sapientiam? Quis dedit לְשִׂכּוֹנִי (id est, לְתְרַנְגוֹל gallo gallinaceo) intelligentiam? Cod. Rosch hasschana, cap. 3. fol. 26. Simile quid de Gallo observatum in טֵלֵר: Vide illic. Horum meminerunt R. Salomon & Ramban, id est, R. Mosche ben Nachman. Hinc etiam Judaei in precibus matutinis quotidie precantur: Benedictus sit Dominus Deus noster, rex hujus mundi, אֲשֶׁר נָתַן לְשִׂכּוֹנִי בִּינָה qui dedit gallo gallinaceo intelligentiam: nempe; Qui cantu suo est preco diei, & homines ad operas excitat, ideò non tantum manè, quando surrexerunt, sed etiam ad gallicinia hanc preculam dicere debent. Praterea in Bereschit rabba, sectione 25. legitur: בְּעֶרְבֵי־אֵרֶץ צוּחִין לְתְרַנְגוֹלֵי־כְבוֹיֵי־אֵרֶץ In Arabia vocant gallum כְבוֹיֵי.

מְשַׁבֵּיָה f. Imago, Imaginatio, Cogitatio, Figura, Effigies: וְאֵבֶן מְשַׁבֵּיָה Et lapidem effigiei, id est, figura-

*tum, Lev. 26, 1. Aff. בְּחִרְכֵי מִשְׁפִּיתוֹ In conclavibus pi-
cturae suae, hoc est, figuratis, Ezech. 8, 12. מִבְּשֵׁבֶתוֹ In
imaginatione vel cogitatione ejus, Prov. 18, 11. R. Le-
vi: Plur. מִשְׁבִּיּוֹת לֵבָב Imaginationes cordis, Psal. 72,
7. בְּמִשְׁבִּיּוֹת כֶּסֶף Cum figuris argenteis, Prov. 25, 11.
Aff. כָּל־מִשְׁבִּיּוֹתֵם Omnes effigies ipsorum, Numer. 33,
vers. 52.*

שָׁכַח Oblivisci: *Construitur absolute & cum Accu-
sativo: Præter. יִשְׁכַּחְתָּ אֶת־יְהוָה Et oblivisca-
ris Domini Dei tui, Deut 8, 14. הֲשִׁכַחְתֶּם אֶת־רַעוֹת
An obliti estis malorum, Jerem 44, 9. Niph. Præterit.
כִּי נִשְׁכַּח זְכָרָם Nam oblivioni tradita est memoria ipso-
rum, Eccl. 9, 5. Pih Præterit. שָׁכַח יְהוָה Omnino obli-
viscitur Dominus, Thren. 2, 6. vel, Oblivisei fecit, Passus
est oblivioni dari. Hiph. Infinit. לְחַשְׁכֵּיךָ אֶת־עַמִּי שְׁמִי
Ad oblivisci faciendum populum meum nominis mei, Jer.
23, 27. Hithp. Futur. וַיִּשְׁתַּכְּחוּ Et oblivioni tradentur,
Eccl. 8, 10.]*

שָׁכַח Obliviscens, Oblitus: Plural. הַשְּׁכָחִים אֶת־הָרַם
*Obliviscentes montis sanctitatis meae, Jes. 65, 11:
Constr. שְׁכַחֵי אֱלֹהִים Oblitæ Dei, Psal 9, 18:*

שָׁכַח Chald. *Invenire: Ithpeh. Præter. הִשְׁתַּכַּח In-
